
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
33 I
13 M

14. 33. I. 13

LIBER DE REGNO DEI, DE QVO CHRISTVS LOQVVTVS PER DIES quadraginta,

Per F. Melchiorem Flauium minoritam Theologum & Euangelicum concionatorem.

Complectitur hic liber, Epitome omnium myſteriorum Chriſti, & ſummam totius ſacræ ſcripturæ omnibus eruditis: & præcipuè Eccleſiaſtis plurimum commodus.



BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

PARISIIS,
Oliua Pet. l'Huillier, via Iacobæa.
1566.
Cum priuilegio Regis.

Bibliothecæ S. Honoghij 1629.

Extraict du Priuilege.

LE *Roy a permis à Pierre l'Huillier, Libraire (ayant tranſport de Nicolas Cheſneau auſſi Libraire) de faire imprimer le liure* De Regno Domini noſtri Ieſu Chriſti, per Fr. Melchiorem Flauium Minoritam. *viſité par trois Docteurs Regẽs en la Faculté de Theologie, comme il appert par leurs ſignets, attachez au priuilege du contreſeel dudict ſeigneur. Et defend à tous autres quelsconques de l'imprimer iuſques à neuf ans, finis & accomplis, à commencer du iour de l'acheuement de l'impreſſion, ſur peine de confiſcation de ce qui ſ'en trouueroit imprimé, & d'amende arbitraire: comme plus à plein eſt contenu és lettres de priuilege, ſigné par le Roy en ſon Conſeil, de Vabres, & ſeellé du grand ſeel, en ſimple queue, de cire iaune.*

CHRISTIANISSIMO ac potẽtiſſimo gallorum Regi, Carolo Valeſio, nominis huius nono, Fr. Melchior flauius, theologus, ac ſacri Euangelij eccleſiaſtes.

S. P. D.

EN tibi de regno Chriſti libellum Carole regũ Chriſtianiſſime, ſpes & vnicum decus orbis Chriſtiani, quem annis ſuperioribus cum primùm ad ſacra Francorũ lilia diuino numine aduenisſes, puſillo quodã opuſculo ſacræ tuæ maieſtati dicato, fueram pollicitus, de illo inquam regno: quo Chriſtus ipſe à mortuis ſuſcitatus, cõmuni mundi hoſte peccato ſimul & morte deuictis, à patre donatus eſt, qui diebus quadraginta nobiſcum agens, coram apoſtolis de eo regno concionatus eſt, patris cunctipotentis vates verax, gloriam prædicans. Qui prius pœnitentiam agendam, menſibus quadraginta edocuerat, qua mortales illius regni participes efficiantur. Atqui pluribus ductus ego rationibus. Tibi Rex Chriſtianiſſime librum hunc dicandum duxi, Maxime autem cum ſub ſole Rex vnus ſis & Chriſtianiſſimus & regni

Chriſti πρόμαχος ſtrenuus. Etenim cui de Chriſti regno liber melius dicari poſſet quã tibi regi Chriſtianiſsimo, quem viſus eſt Deus Iſraelitis regibus ſufficere, & ſanctiſsimi ſpiritus ſui character. præ omnibus ornare? Quo accepto ipſo Deo opt. max. per te operante, ægros ſanos reddis ſola manuũ (ſicuti apoſtoli) impoſitione. Licet vbiuis gentium (iuxta quod ſancti vaticinati ſunt) fine mundi huius imminente miracula ceſſent, & ab eccleſia reuocentur, illa inquam characteris ſpiritus virtute, longè plures & celebriores triumphos, galli reges Iſraelitis ipſis regibus, duxerũt. Illi nãque ſolũ ſuis bellis exhauſtis Paleſtinæ regnum longitudinis Adàm ad Berſabe miliarium ſexaginta ſupra centum: Latitudinis vero ſex & quadraginta ſibi acquiſierunt, At certè maiores tui & qui poſt receptam in gallia fidem. catholicam in ſolio quo tu nunc, aſsiderunt de Græcia, Syria & Aegypto triumpharũt, de ipſa etiã Aethiopia, in qua reſtituerũt illud potentiſsimum imperium cui præeſt admodũ Chriſtianus Dauid Imperatòr, quem noſtrates præto Gyan. i. potentem vocant, qui noſtris temporibus oecumenico Chriſti vicario Romano pontifici ſeipſum cum toto ſuo imperio ſubiecit. Quis enim præter galliæ reges idololatriam & ferinos mores

Hieronymus ad Dardanum.

*ex germania exegit, niſi reges galli? Qui etiā-
num ex Hiſpania deturbarunt reges Mauros,
captiuatis poſtmodum lybicis regibus. Enim-
vero ob tot inſignes victorias & triumphos ſo
lum nomen Frācorum apud orientales celebra-
tur & ſuſpicitur, quo nomine omnes Europeos
vocitant, reges Perſarum miſsis legatis & do-
nis ampliſsimis cum Carolo magno amicitia
& fœdere iungi conati ſunt. Haud ſecus po-
tentiſsimus ille Tartarorū imperator diui Lu-
douici cuius ſuaſu lauacro regenerationis Chri-
ſto credens tinctus eſt. At qui cultores macho-
meti ingenuè fatentur opera vnius Regis galli
illorum legem breui ruiturā. Magna ſane &
admiranda ſunt quæ præmiſimus ſed vnum eſt
quod δὶς διὰ πασῶν antecellit iſta omnia, fides
videlicet conſtans & inuiolata omnium re-
gum gallorum. Sacris enim literis proditum eſt,
vnum Dauid Iſraelitarū Regem, cū Ezechia
& Ioſia regibus integræ & pudicæ religionis
extitiſſe. Ex Galliæ autem regibus, nullus vn-
quam deſciuit a fide catholica, & fidelis eccle- Eccleſi. 49.
ſiæ dogmatibus. Illi ſiquidem eccleſiæ, iubet nos ô fœlicem galliam ſi
dominus obedire haud ſecus quàm ſibi ipſi. In perſeueret.
qua habitat, loquitur & operatur. Qui tangit
illum tangit pupillam oculi ſui. Ex omnibus il-
lis quos dixi Galliæ regibus nullus fuit vnquā*

cui ſeſe, non dicam prebuerit, ſed oppoſuerit occaſio potior à ſyncera & vera religione excidendi quàm tibi regi chriſtianiſsimo, in quo relucet, Religio inter tot cercopum cætus & iliades hæreticorũ, quibus ſcatent noſtre ciſalpinæ partes, habent ſiquidem lutheranorum ſectas 20. Anabaptiſtarum ſex. & ſacramentariorũ octo, preter Turlupinos waldenſes, libertinos cymbaliſtas & recutitos, ſub nomine chriſtiano iudaiſmum ſectantes. Quorum hæreſes hactenus obductas retexit. Verpus ille Michael ſeruetus, Serpunt & paſsim ſuuenk.feldiani & antinomi & noui manichei. Inter autem iam dictas ſectas, altius que radices in gallia egerit, fuit nulla quam ipſa quæ nunc viget Caluinica ex lacunis Berengarij & Zuinglij. A cuius cultoribus infandum adeo & triſte tale. O Rex gallia accepit exitium, quale olim vel à gottis & wandalis vel etiam. Suuis ipſis & machometanis inflictum fuit nũquam. Ad rauim tamen hodie vſque veritatem crepitant velut poſtliminio reuerſam & ab eis reductam, quũ non veritatem ſed potius hæreſes rancidas Albigenſium & valdenſium reduxerint, ex vmbra in ſolem, quas tui progenitores Ludouicus 8. & eius filius diuus Ludouicus, haud ita dudum regno extruſerunt cum vltore gladio

Hæreſum diuiſio ſeu cõfuſio.

tum etiam doctrina & concionibus diuorum Bernardi Dominici & Anthonij paduani. O nugarum fucatæ Religionis nomine concinnatores qui cum laruis luctantes armis & pugnis, non Euangelio vel eius ſanctiſsimis preceptis, oblectantur, qui non Euangelium quærunt ſed ſe in Euangelio, quos ſatius eſt offendiſſe quam demeruiſſe. Tu verò Rex Chriſtianiſsime inter ſentes vna cum nobiliſsimis fratribus Aureliæ & Andeganenſ. ducibus, floruiſti. Et dum in ſpe tantum cum eis pax fuit nihil te authore à vera & antiqua Religione, detractum eſt. Pacaſti tandem, duce communi patre omnium deo, Regnum vix tum vndique obturbatum & prope exanimatum, plurima committens deo, qui vindictam ſumpturus eſt de his qui patrum tuorum fidem prorſus eradicare moliti ſunt. De quibus cum Regio pſalmiſta dicere potes. Sepe expugnauerunt me à iuuentute mea etenim non potuerunt mihi, fides quippe. Regnum & rex ſtabūt, Tu inquàm qui ab ipſo Deo delectus es vt opprimas eos qui diuinis legibus & tuis obnixe non paruerunt, Repurgéſque ceu augie ſtabulum ab his portentoſis erroribus nō tantum galliam quinimo totam Europam, qui vnus habes triumphare de omnibus regibus & imperatoribus hieroſoly-

Singulare vaticinium Teleſphori hæremitæ de K. Rege gallorum.

mam vſque, niſi de te falſe vaticinatus eſt Teleſphorus eremita & vates, qui manu propria in libro vaticiniorũ ſuorũ depinxit te, Carolũ nonum, futurũ in ruinã & exitium totius falſæ religionis Machometanæ, neruum aliarum hæreſum, Heu qui victuri ſunt quãdo iſta per te faciet Dominus. Tua equidem pietas, ſanctimonia & iuſtitia quid nobis aliud portendunt & pollicentur niſi quod de te olim vaticinati ſunt, Sybillæ, Methodius, Cyrillus & Teleſphorus. Adſeruet te diutiſſime Chriſtus opt. max. ſuæ afflictæ eccleſiæ, Tuíſque heroycis cœptis dextra aſpirent numina. Et vale fœliciſſime Tholoſæ 6. Idus Octobr. Anno Domini 1566.

TRACTATVS DE REGNO DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

De duplici patris regno quo donatus eſt filius.

CAPVT I.

INTER encomia, quæ diuinus ſermo tribuit ſummo Deo, eſt regia dignitas, Pſalm.21. Domini eſt regnum: Ipſe *Pſal.94.* enim eſt rex magnus ſuper omnes Deos, qui dicit rex magnus ego ſum, per quem cæteri reges regnant. Prouerb. 8. ceu miniſtri huius regis regnũ. Rom. 13. & 1. Pet.2. Ea enim dignitas regia in Deo promit nobis illum omniũ authorem, qui ſuo nutu omnia creauit, Gen.1. Ioã.1. Heb.1. & 3. Act.17. & Apoc. 4. & 10. Hanc omnium creationem faſſi ſunt omnes, quicunque habiti ſunt ſapiẽtiores. Inter Ethnicos quicquid obganniant ſuis futilibus argumẽtis Ariſt. eiuſque Alex. Aphrod. cum grege Epicuri. diuini poëtæ hoc decãtant, mundum videlicet, ab vno principio ſuum accepiſſe initium, quòd eſt α, & ω, de quo fuſiſſimè Heſiodus, Orpheus, Plato, Hermes in ſuo Pymãdro, Pythagoras cum ſuo interpre-

Prouerb.8. Mal.1. Rom.13. 1.Petr.2. Geneſ.1. Ioan.1. Heb.1.& 3. Act.17. Apoc. 4.& 10.

te hierocle, Thales, Alcinous Platonicus, aliíque innumeri, quos citant Ioſephus, Ariſtoboles, Tertulianus, Euſebius,&c. Miracula ſiquidem Moyſi cõfirmant eius doctrinam de creatione mũdi,& aliis reconditis,quæ nobis expoſuit. Enimuero vſus eſt ſignis pro argumentis, & portẽtis pro rationibus, de quibus plurimi Gẽtiliũ ſcripſerunt, vt Beroſus Caldæus, Mainetus Ægyptius, Hieronymus, Fenix. Vaticinia etiamnum probant hanc Moyſi doctrinam: Nam ex Ptolomæo ſolo numine diuino afflati, prædicũt particularia. Cum de futuris contingẽtibus

Eſay.41. nõ ſit determinata veritas, Vnde Eſa. 41. Annunciate quæ ventura ſunt in futurũ, & ſciemus quia dij eſtis vos. Omnes prophetæ, Chriſtus, Apoſtoli, quinimo impius Machometus cum ſuis ſubſcripſerũt doctrinę Moyſi. Cernimus perſpicuè quî

Pſal.118. omnia recognoſcãt Deum regem, eíque

Pſal.103. & 147. obediant. Omnia, inquit, Pſalm. ſeruiunt

Ioſue 10. tibi. Pſal. 118. Idem Pſalm. 103. & 147. Ad

4.Reg.20. inuocationem ſiquidẽ nominis Dei obe

3.Reg.18. dit. ſol Ioſ. 10. & 4.Reg. 20. Item Cæli, 3.

Exod.4. Reg. 18. Item mare Exod. 14. & Pſal. 114.

Pſal.113. 3.Reg.18. 4.Reg.1. Quid eſt, inquit, mare quòd fugiſti, & tu

Iordanis quia conuerſus es retrorſum?Itē
ignis,3.Reg.18.& 4.Reg.1.Defecerit mihi
tempus ſi recenſuero mortem, vitam,in-
firmitates, cælum, terram, inferos, aues,
piſces &c.id genus creaturarum,quæ au-
dito Dei nomine nedū obediūt Deo,ſed
etiam famulis Dei: Cum dicimus etiam
Deum regē, fatemur eum omnia regere
& moderari: vt κοσμοκράτωρα κὴ κοσμήτωρα
omnium habere prouidētiam, quam fa-
tētur Chriſticolę,primo articulo ſui Sym
boli,quam fuſiſſimè aſſerūt aduerſusEpi-
curū Dauid Pſal.103.144.& 146.Et Chri- *Pſalm. 103. 144.146.*
ſtus doctor noſter:Math. 6.& 10. & Luc. *Matth. 6. & 10.*
12.Siquidem curam habet & capillorum *Luc.12.*
noſtrorū, quos dinumerauit, vt nec mi-
nimus cadat in terram,ſine patre noſtro.
Tu, inquit Sapiens, pater omnia guber- *Sap. 14.*
nas prouidētia,quam notat שַׁדַּי apud hæ-
bræos & θεος apud Græcos:per quem in-
telligūt vnum ſupremum numen, cuius
imperio & poteſtate omnia adminiſtran
tur: & cui nihil deeſt. Deus enim dat re-
bus eſſentiam,eas producēs,ſed per pro-
uidētiam ordinat eas in finem. Vnde eſt
ordinis bonum: ratio enim ordinans in
finem, eſt prouidentia in mente diuina,

& ratio in ſummo omnium principe,quę cuncta diſponit: habet enim rationem & cognitionem agendorum,& pręcipit illa dirigi in finem.Ideo eſt operatio, & intellectus, & voluntatis diuinæ. Atqui executio ordinis dicitur gubernatio, quę tēporaria eſt. Sed prouidētia diſpoſitio eſt
Rom. 13. Sapien.8. æterna. Sap. 8. Attingens à fine vſque in finem diſponens omnia.Rom. 13. Quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt &c. Finis rerum eſt bonitas Dei, poſt quam præcipuum bonum rerum eſt perfectio vniuerſi. Vtitur interim Dominus in ipſa orbis gubernatione, opera ſuarum ſecundarum cauſarum, Angelis pręcipuè,à quibus mouētur orbes, diſponuntur elementa, de-
Geneſ. 3. & 19. mandantur executioni Dei iudicia. Gen. 3.& 19. Per eos extruſus Adam, Subuerſa Sodoma, percuſſi Ægyptij. Exo.12. & tā-
Exod. 12. & 14. dem ſubmerſi & obruti. Exod. 14. Fuſus
4. Reg. 20. Sennacherib, 4.Reg.20.& alias ſæpe per angelos, ſiquidē ſtationarios ac ſtatiuos dirigit homines & tuetur. Omnes, inquit
Hebr. 1. Paul. Hebr. 1. ſunt adminiſtratorij ſpiritus,in miniſterium miſſi, propter eos qui
Matth. 8. Pſalm. 33. & 90. hæreditatem capiunt ſalutis. Non ſecus Chriſtus, Matth.18, & Pſal. 33.& 90. Sunt

etiamnum rectores & prouinciarum & regnorum. Dan. 10. & 12. Vnde Dominus vt oſtẽdat ſe regem regum & Dominum dominantium, transfert regna de gente in gentem. Eccl. 10. & Dan. 2. Expende queſo que regna dederit regi Babylonis. Hieremiæ 27. & Ezech. 26. 27. 28. 29. Et Cyro regi Perſarum. Eſa. 44. Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro, cuius apprehendi dexteram vt ſubijciam ante faciem eius gẽtes, & dorſum regum vertã. Ego (inquit) ante te ibo, & glorioſos terræ humiliabo : Ego Dominus & non eſt amplius, extra me non eſt Deus. Vnde idem Cyrus, 1. Eſd. 1. Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli. Ex Auguſt. enim 5. Ciuit. Deus ſubiecerat Imperium orbis Romanis ob iuſtitiam quã colebant, aliáſque virtutes morales, quas tẽporalibus voluit remunerare vt Abraham, dedit Iſmaeli, & filiis concubinarum munera, ſed ſoli Iſaac hæreditatem, Gen. 25. & Galat. 4. Enimuerò regna huius ſæculi largitur. Deꝰ piis & impiis Mat. 22. reddite Cæſari quæ ſunt Cæſaris, &c. Dedit Conſtantino Imperium Romanũ & idem dedit Iuliano, ſed cæleſte regnũ

Dan. 10. & 12.
Eccl. 10. Dan. 2.
Hierem. 27.
Ezec. 26. 27. 28. 29.
Eſa. 44.
1. Eſdr. 1.
Auguſtinus lib. 5. de Ciuitate.
Gen. 25.
Galat. 4.
Matth. 22.

Auguſtinus de ciuitate lib.4.cap.33 lib.5.ca.21. ſolis impartitur piis ex Auguſt.5. Ciuitat. cap. 21. & 4. cap. 33. Conſtituit aliquando reges, & largitur regna ad puniendos *Ozeæ.13.* populos. Ozeæ 13. Dabo eis regem in furore meo. *Iob.34.* & Iob 34. Regnare facit hypocritam, propter peccata populi, ſed maximè vt per eos animaduertat in tyrannos, vnde dedit Alexandro Monarchiam orbis, vt eſſet Dei flagellum aduerſus regulos, quos ob illorum tyrannidem deiecit. Siquidem cum adhuc eſſet in Macedonia apparens, illi Dominus in viſione promiſit de Oriēte victoriam, vnde cùm ſummus ſacerdos Hebræorum Iadus, obuiaſſet ei extra Hieruſalem: in habitu ſacerdotali: deſcendens de equo Alexander, adorauit eum, dicens: Deum in tali forma apparuiſſe ei, cum polliceretur victoriam, de Perſide & Oriēte. Vnde pro eo diuiſit mare Hyſſicum, vt olim mare rubrum. Ad preces eius coniunxit mon- *Ioſephus.* tes Caſpios. Cum 34. milibus peditum & 5. milibus equitum & 80. nauibus, penetrauit victor vſque ad regionem Synarum, & arbore ſolis, à mari Illirico, ſubacta tota Aſia, & parte Europæ, pro qua victoria habuit, robur corporis animo-

ſitatem, largitatem, & armorum induſtriam, ingenio & longo vſu, ſeptem annis nactus eſt ſuum imperium. Victoriam eius de Dario Perſarum rege longe antè prædixerat Dan.8. quam conſecutus eſt ad fluuiū grānicum. Demum ſubuerſis Thebis, ſiluit terra coram eo. 1.Macha. 1. Vnde cum rediiſſet Babylonem, victor ex Oriente, cōceſſerūt ad eū legati ex toto Oriente, Cartagine, & tota Africa, ex Hyſpania, Gallia Cicilia, & aliis inſulis. Tamen quia dono dei abuſus eſt, permiſit dominus, vt Antipater ſubornaret filium ſuum Caſſandrum, qui cum fratribus ſuis Philippo & Iolla miniſtrabāt ei, qui propinauit illi, ex vngue equi, toxicum, cōſciò ſuo medico Theſſalo, vnde ſexta die conceſſit fatis, anno ſuæ ætatis 33. & vno menſe: monarchiæ 5. & macedonum regni 12. Diuiſa monarchia 12. aulicis ſuis, inter quos orta innumera diſſidia, hoc latè patet ex lib. Mach. Auguſtino, Euſeb. & Oroſio. Licet enim Deus, in omnibus regnis; manifeſtauit ſuam & potētiam & prouidentiam, præcipuè tamen in 4. monarchiis, de quibus. Dan.2. Monarchæ ſiquidē confecerunt regulos

Daniel.8. *1.Macha.1.* *Mors Alexandri.* *Daniel.2.*

& Tyrannos ad internecionem vſque exciti à Deo, quos Gentiles vocant hæroas, quaſi ſemideos. Demũ vna monarchia cõfecit aliam, & penè extinxit. Pſal.
Pſalm. 74. 74. hunc humiliat, & hunc exaltat: quia calix in manu domini &c. Iniquitas eorum quos vicerunt, fecit eos victores, quemadmodum hoc tempore peccata Chriſtianorum Turcas. Prima Aſſyriorũ monarchia fuit Dan. 2. aurea, diues, in
Daniel. 2. qua primus rex Nem-roth. gygas decem cubitorũ, qui vi cœpit regnare in Babylone, primus hæreticus à diluuio, aſſerens hominum fœlicitatem non eſſe à deo, ſed virtutis propriæ, ſic euocans homines à timore dei, vt Epicurus, negans Dei prouidentiam, & Pelagius tribuens virtuti proprię & bona opera, & ſalutem. is Nemroth. θεόμαχος extruxit turrim Babel, vt reſiſteret domino. Demum cœpit
Ionico. ſubiicere populos, edoctus tyrannidem à ionico quarto filio Noe, qui primus inuaſerat terram Aetam, Primus tamen qui nactus eſt monarchiam iuſtam. Aſſyriorum fuit Ninus, quę terminata eſt in Balthaſare, in qua 36. numerantur reges vſque Sardanapalum: & durat hoc regnum

1240.annis ex Auguſt.4. Ciuit. & Trogo Pompeio, & Iuſtino quod regnũ cœpit *Auguſt.de* à latrocinio vt Romanorum. Secunda *ciuit. lib.4.* *Iuſtinus hi-* monarchia fuit Medorum & Perſarum *ſtori.lib.1.* ſub Cyro & Dario, & extẽditur vſque ad Darium filium Arſam, quem confecit Alexander, & occidit de ſuis quindecies centum mille. habuit 14. reges in 252. annis, & dicitur regnum argentæum. Dan. 2. ob eloquentiam & ſapientiam. Ter- *Daniel.2.* tia monarchia ænea Græcorum fuit ob eloquẽtiam, quæ cœpit in Alexandro, & in eo extincta eſt, quæ 5. annis extenditur. Quarta Romanorum ferrea, qui omnia domantes, vicerunt per ſapientiam exercitum armorum, & bonum regimen coluerũt: nempe iuſtitiam, per quam reges regnant, honorarunt omnes in aliqua arte edoctos, & aluerũt. Ideo omnes potentes armis docti & artifices accedebant ad eos. Omnes hæ monarchiæ perſecutę ſunt populum dei, Romana maximè, ſollicitantibus ſpiritibus malis. Dan. *Daniel.7.* 7. qui impiis ob eorum demerita pręſunt: *Daniel. 10.* quemadmodũ boni angeli regnis. Dan. *& 12.* 10. & Eccle.17. Michael enim præeſt dei *Eccleſi.17.* populo. Dan.10. & 12. Infidelium autem

regna habent ſpiritus nequam, vnde de principe Babylonis. Iſa. 14. de principe
Ezech. 28. & 29. autem Tyri. Ezech. 28. & 29. de principe
Pſal. 73. Ægypti, qui dicitur draco, Pſalm. 73. &
Amos 9. Amos 9. Omnia autem regna in hoc cõueniebant, vt colerẽt principem mundi, per idololatriam. Vnde Romani audientes quòd Nabucod. deſtruendo deos gẽtium, quas ſubegit, incurrit eorum indignationem, & populorum defectionẽ, vt omnibus dominarentur, omnes deos gentium colebant, ideo conſtructum
πάνθεων. templum Pãtheon, prætermiſſo tantum deo Iſrael. Nam ex Socrate vnuſquiſque deus colendus erat iis, quibus oblectabatur. Deus autem Iſrael ſolus volebat coli.
Eſaiæ 42. Dominum (inquit Moyſes) deum tuum
Daniel 2. adorabis, & illi ſoli ſeruies. Gloriam enim
Eſaiæ 40. ſuã nemini daturus eſt. Eſa. 42. Attamen in his 4. monarchiis, cognitus fuit Deus Iſrael. de prima. Dan. 2. à Nabucod. In qua etiam prophetatũ de Chriſto in 2. cognouit Cyrus Eſa. 40. Tertius monarcha Alex. cognouit deum Iſrael, & adorauit. Sed longè amplius in quarta monarchia notus, & Deus & templũ cultúſque Dei,
Lucæ 2. adeóque ipſe Chriſtus, ſub qua natus. Lu-

cæ 2.& auſpicatus eſt regnum ſuũ. Dan.
2.& 7.Lu.1. & Eſa. 19. Tunc licuit ob pa- *Daniel 2. & 7.*
cem, & principis vnitatem, vbicunque *Luc.1.*
ambulare ad Euangelium prędicandum. *Eſaie 19.*
Illud regnum honorat Chriſtus Lu. 2.
Matth.17.& 22.& Paul.Act.22.Vnde Eſa. *Luc.2. Matth.17.*
26. Ciuitatem ſublimem humiliauit. id *& 22.*
eſt Romam, quę hebræis excelſa dicitur. *Acto. 22.*
Hoc regnum patris vniuerſale eſt æter- *Eſaie 26.*
num, quo omnia ſunt eius potentiæ ſub- *Pſal.46.*
iecta in cælo,terra,mari,& omnibus abiſ- *102.& 144*
ſis. Pſal. 46. 102.& 144. Regnũ tuũ regnũ *Apocal.19.*
omnium ſeculorum Apoc.19.Rex Regũ,
dominus dominantium: in cuius ditio-
ne omnia ſunt poſita, & non eſt qui poſ-
ſit eius reſiſtere volũtati. Heſter 13. Nam *Heſter 13.*
quæcunque voluit fecit in cælo & in ter- *Pſal 134. Zacha.13.*
ra &c.Pſalm.134. Licet hoc regnum igno *& 14.*
rẽt Epicurei,ſed per Chriſtum factum eſt
hoc regnum notius.Zach.13. & 14. Hac- *Cap. 2.*
tenus de vniuerſali regno patris. Nunc *De regno particulari*
expendere oportet regnum Dei particu- *ſuper eccle-*
lare ſuper populum ſuum, vnde dicitur *ſiam & populum dei.*
rex Iſrael.Pſalm.113. Facta eſt iudæa ſan-
ctificatio eius,Iſrael poteſtas eius. Deut. *Pſal.113.*
32.Pars autem domini,populus eius.Ideo *Deut 32.*
quæritur dominus.1.Reg.8. & 12. Quod *1.Regum 8. & 12.*

Iſraelitæ non contenti Deo rege qui eos per iudices populi, ceu Dei vicarios moderabatur: efflagitarunt reges more gen-
Sapient.1. *Roma.13.* tium,qui licet ſint à deo,Sapient.1.& Ro. 13, Facilè tamen labuntur in tyrannidem ob magnam poteſtatem, detractant ſub-
Ariſtoteles Ethi.10. ijci legi. Nam ex 10. Eth. Bonas fortunas non poſſunt ferre niſi valde boni: Reges
Luc 22. *Matth.18.* legibus ſoluti,vt Ethnici, Luc.22.& Mat. 18. non ſunt grati Deo,ſiquidem abſoluta ea poteſtas tyrannis nuncupatur. Iura regum Gentilium,quæ magis debent dici tyrannorum, expoſuit Samuel Iudæis,
1.Reg.12. more gẽtium petentibus regẽ, 1.Reg.12. exponens futurã tyrãnidem regũ ſuorũ, qui demum ex hebræis prophetauit de ſæculo venturo,de Gog & Magog,& bellis eorum,de premiis iuſtorũ,& pœnis improborẽ. Qualis autem debeat eſſe rex,
Deut.17. populi Dei,exprimit Dominus.Deut.17. Super omnia autem, vt nõ teneat popu-
Ariſtot. Polit.3. lum captiuum vt ſeruum. Nam ex 3. Polit. principatus temperatus eſt,ad commune bonum conferens,& ſecundum voluntatem ſubditorũ:ſed vitiatus quando deficit in vno vel vtroque. Vide illud regnum Hebræorum,quanta Dei proui-

dentia conſtitutum, defenſum & auctum
eſt, quandiu Deum coluerunt, 4. de Ci- *Auguſt. de*
uit. cap. 34. At cum deſciuerunt à Deo, *ciuitat. lib.*
eorum iniquitas dedit robur hoſtib⁹ eo- *4. cap. 34.*
rum, & victoriã aduerſus eos. vnde à Ie- *& è cõuerſo.*
conia nullum habuerunt regem ob ido-
lolatriam & necem prophetarum Ierem. *Ierem. 22.*
22. Ideo à captiuitate Babylonis, vſq; ad
hæc tempora, nullum habuerunt regem
de Iuda, ſed nomine ducum rexerunt po
pulum A Zorobabel, vſque ad vltimum
Ianum, qui fuerũt 15. duces. poſtmodum
Machabęi, qui erant ex Leui, arrogarunt
ſceptrum vſque ad Herodem, tũc demũ
amiſerunt & ſceptrum, adueniente nouo
regno ſpirituali Chriſti. Nam primũ eſt
animale, demum ſpirituale. Amiſerũt mi-
racula templi, vnctiones regum & ſacer-
dotum. Ignem iugem, arcam, prophe-
tiam, & Sachina ceu vrim & Thũmim, de *Exod. 28.*
quibus, Exod. 28. ex 3. antiquitatum Io- שכנה
ſephi, & lib. Sanedrim, vnde per annos *Sachina habitatio Dei*
300. fuerunt ſine prophetis vſque Ioan- *Ioſephus an-*
nem Bapt. poſt quem vltimus propheta, *tiqui. lib. 3.*
miſſus à Deo fuit Chriſtus. Hebr. 1. No- *Hebr. 1.*
uiſſimè locutus eſt, in filio ſuo, & Matth. *Math. 21.*
21. Nouiſſimè miſit filium ſuum, quo re-

Pſal. 74. iecto, ablata eſt omnino prophetia Pſal. 74. Item ſceptrum, ſacerdotium, miracula, templum, deſierunt eſſe regnum Dei. Auferetur, inquit Chriſtus, à vobis regnũ Dei., non vltra ſuper vos regnabit pater *Ioan.* 19. *Luc.* 11. meus, ſed princeps huius mundi, Lucę 11. Spreuerunt enim ſuum regem Chriſtum dicentes: non habemus regem niſi Cęſarem. Sed qui ſpernit filium, ſpernit & patrem qui eum miſit. Tametſi poſtremis diebus, querent Dominum Deum ſuum & Dauid regem ſuum. Ozeæ 3. Regnum illud vniuerſale nactus eſt Chriſtus Heb. 1. & 2. Ióan. 13. Omnia dedit ei pater in manus & 17. Omnia mea tua ſunt, Matt. 11. Omnia mihi tradita ſunt à patre meo, & 28. Data eſt mihi omnis poteſtas, in cælo & in terra. Idem Dan. 7. Apoc. 19. Eph. 1. Phil. 2. 1. ad Corinth. 15. Chriſtus enim Deus quemadmodum eſt vnus cum patre. Ioan. 10. 14. & 1. Ioan. 5. Ita cum patre eſt vnus æternus rex, ſed poſtquã factus eſt homo, conſtitutus eſt hęres omnium, Heb. 1. Sicut enim Adam, non habens aliũ patrem, à Deo dicitur eius filius. Lucæ 3. Hæres & princeps mundi, Gen. 1. & Pſal. 8. ſic Chriſtus non habens alium pa-

CAP. 3. Quomodo regnum patris datum Chriſto.

Ozeæ 3. Hebr. 1. 2. Ioan. 13. Ioan. 17. Matth. 11. Dan. 7. Apoc. 19. Epheſ. 1. Philip. 2. 1. Cor. 15. Ioan. 10. & 14. 1. Ioan. 5. Hebr. 1. Luc. 3. Geneſ. 1. Pſal. 8.

trẽ carnis, quàm Deũ, dicitur filius Dei, etiam prçter diuinitatem, & omnium hæ res & rex: Nam quemadmodum de Deo dicitur Eſa. 45. Mihi flectetur omne genu, & confitebitur omnis lingua. Ro. 14. Sic de Chriſto ad Phil. 2. In nomine Ieſu flectatur omne genu, cæleſtium terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus eſt Ieſus Chriſt⁹, ídq; in gloriã dei patris. Accedere enim ad pedes alicuius, & genua flectere ſymbolum eſt reuerentię, & ſubiectionis. Gen. 18. & 19. & 23. Quod eſt Deo peculiare. ſed. Eſa. 42. Gloriam meam alteri non dabo. Chriſtus ergo deus eſt. Illud Chriſti ſupremum imperium patuit, cum omnia nutui eius obedierint, agnouerintque dominum ſuum, cælum, terra, mare, venti, mors, vita, ægritudines, & quicquid fuit creaturam cum ille apparuit nobis in carne deus, in cuius ſolo nomine facta ſunt miracula à ſua acceſſione in hunc mundum: in nomine enim ſuo omnia ſuis cultoribus obediunt. Math. 17. & Marci 16. Et non tantum dono cõſecutus eſt. Illud Imperium ſuper omnia. quinimo etiam ſuo merito. Epheſ. 1. Heb.

Caute & ſapiēter legito

Eſaie 45.

Rom. 14.

Philip. 2.

Matth. 17.

Marc. 16.

Epheſ. 1.

Heb. 2.

Philip.2. 2. & Phil. 2. Factus obediens vſque ad mortem, propter quod deus exaltauit illum, & dedit ei nomen quod eſt ſuper

Luc.24. omne nomen, & Lu. 24. oportuit Chriſtũ pati, & ſic intrare in gloriam regni ſui.

Geneſ. 49. Vnde Gen. 49. Ei ſcilicet Meſſiæ, aggregabuntur populi glo. Hæb. rabbi Moſſæ Hadarſan vſque ad Meſſiam reges. Dei cultores, regnarunt tantùm apud Iudęos, ſed Meſſiæ aggregabuntur omnes popu-

Pſal. 71. li. Pſal. 71. Dominabitur à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos or-

Pſal. 2. bis terrarũ. Idem. Pſal. 2. & Dan. 2. Quod

Daniel. 2. antiqui Talmudiſtæ de Meſſia intellexe-

Geneſ. 42. runt. Vnde in Bereſſit rabba. Gen. 42. Ioſeph. ipſe potens factus eſt ſuper terram Tradiderunt רבותנו, Id eſt doctores noſtri quod decem dominati ſunt toti orbi deus primus qui dixit, & creatus eſt

Pſal.44. mundus. Pſalm. 44. Dominus vniuerſorum tu es. Secũdus Nem-roth. poſt multiplicationem generis humani. Nam in principio Adam erat rex mundi. Gen. 1. Tertius Ioſeph, quartus Salomon, quintus Nabucod. ſextus Darius, ſeptimus

1. Eſdr.1. Cyrus. 1. Eſd. 1. & 1. Paral. vlt. Octauus, A-

2. Para vlt. Dan. 8. lexander, qui Dan. 8. dicitur hircus nouus

Octauia-

Octauianus decimus Meſſias, per quem redibit regnum ad dominum & regem primum. Eſa.44. ſic dixit deus rex Iſrael, Ego primus & nouiſſimus. Chriſtus ergo Deus eſt: vtcunque reclament & Iudęi & Arriani, de regno Chriſti in BereſſitRabba. Geneſ. 28. Egreſſus Iacob, &c. Glo. Quis tu mons magne? Zach.4. Mons magnus eſt Meſſias. Quare mons magnus? quia maior quàm patres, ſicut ſcriptum eſt Eſa.52. Ecce eleuabitur plus quã Abraham. de quo. Gen.14. Leuo manus meas, &c. Exaltabitur plus quã Moyſes. de quo Num.11. Exalta eum in ſinum tuum. &c. Sublimis erit, plus quàm angeli miniſterij diuini de quibus. Zachæ.1. Sublimitas eorum, &c. De regno eius. Act.2. Dominũ eum & Chriſtum fecit Deus, cuius regnũ & poteſtatẽ omnes creaturæ cognouerũt angeli. Ioã.1. & Mat.4. Lu.22. Dæmones. Matth.8. Mar.5. & Lu.8. Corpora cæleſtia in paſſione, reſurrectione, & vindicta mortis Chriſti: quæ adduxit famem. Act.7. & 11. & Luc.21. Peſtilentiam, terręmotum. Vnde quæ ſigna præceſſerint illud exitium hieroſolymitanũ, in ſole, luna, & ſtellis & aciebus cęleſtibus. Mat.24.

Eſaie.44. *Gene.28.* *Zach.4.* *Eſaia.52.* *Geneſ 14.* *Numer.11* *Zach.1.* *Acto.2.* *Ioan.1.* *Matth.4.* *Luc.22.* *Matth.8.* *Marc.5. & Luc.8.* *Act.7. & 11* *Luca 21.* *Matth.24.*

Luc.21. Luc.21. De quibus fuſiſſimè Ioſephus & Egeſipp⁹, terra,mare, piſces,panes, mors, vita, infernus; dæmones nedũ vni Chriſto obtemperant,pretermiſſo vſu naturę: Quinimo dedit ſuis eam facultatẽ, vt in nomine Chriſti ſubijciant omne quod

Math.10. non eſt Deus. Matth. 10. Luc.9. & 10. &

Luc.9.&10 Marc 16. Mar. 16.& nedum iuſtis ſed etiam impiis

Matth.7. in nomine Chriſti. Matthæi 7. In nomine tuo prophetauimus,& virtutes multas fecimus, quibus dicet: Non noui vos &

Luc.9. Luc.9. Præceptor vidimus quendam, in nomine tuo eijcientem dęmonia,& prohibuimus eum, quia non ſequitur nobiſcum ſeu nos,ideo iuſſit ſuum euãgelium

Marc.16. omni creaturæ proponi. Mar.16. Quandoquidem omnes ſenſerunt aduẽtum filij Dei in mundum & virtutem nominis

Hieronymus in vita Pauli primi heremita. eius. Vnde Satyrus coram diuo Antonio fatetur Chriſtũ & rogat vt eum oret pro ſe & ſociis ſuis, quem cognouerunt deſcendiſſe, & ſuſcepiſſe humanam carnẽ. Nullus vnquam nactus eſt Monarchiam totius vniuerſi preter Chriſtum,cuius regnum oriturum erat tempore quartæ mo

Daniel.2. narchię.Dan.2. Licet nũc occultè regnet donec ponat inimicos ſuos ſub pedibus

ſed veniet quando patebit toti mundo, quando manifeſtabitur in nube. Act.1.& Dan.7. tunc ei omnia ſubijcientur tunc plena manifeſtatio regni Chriſti. Heb.2. 1.ad Corint.15. Matth.25. & 1. Timoth.6. Tunc videbunt filium hominis in maieſtate ſua, cum omnibus angelis ſanctis. Matth.24.& Luc.21.qui omnibus decernet vt prudẽs agonoteta ſecundũ vniuſcuiuſque merita. Apo.vlti. Ecce venio citò,& merces mea mecum eſt, dare vnicuique iuxta opera ſua. Tunc non dicet Pilatus ergo rex es tu. Nam videbit eũ omnis oculus & qui eum pupugerunt in maieſtate ſua. Equidem in primo ſuo aduẽtu, deſtruxit pręcipuum omnium regnorum, cui fidebant idololatriam videlicet. Nam religio eſt præcipuum in omni regno,& iſtud eſt maximũ miraculũ, quod nullus propheta potuit ſtirpitùs delere omnẽ idololatriam. Sed in ſecundo euacuabit omnem principatum & poteſtatem.1.Corin.15. Tũc ei omnia erunt ſubiecta, pręter eum qui ſubiecit ſibi omnia. Enimuero vniuerſale imperium obtinuit pro ſe Chriſtus, ſed poſſeſſionem pro nobis. Mat.25. Poſſidete paratum vobis re-

Acto.1. Daniel.7. Heb.2. 1. Corin.15. Matth.25. 1. Timot.6. Apoc. vlti. Zacha.12. Ioan.19. Apoca.1. Religio eſt precipuũ in omni regno. 1. Corin.15. Matth.25.

gnum:tũc nobis omnia ſubiecta, ceu co-
Roma.14. hęredibus Chriſti.Rom.14.& Gal.4.tunc
Galat.4. non erimus ſub tutoribus, ad Gal.4 Hactenus de regno Chriſti vniuerſali, quod dono accepit.

CAP. 4. *De peculiari regno Chriſti ſuper Eccleſiam, quod dicitur regnum cœli. Dan.2.*

REgnum particulare patris ſuper eccleſiam eſt, & populũ ſuum, in quo regnat per fidẽ verbum ſuum, & ſpiritũ ſanctum, vnde præcipuè dicitur
Pſal.77. rex Iſrael pſal.77. & 2.Reg.5. & 7. Id eſt
2.Regum 5. & 7. populi fidelis, qui dicitur eccleſia Dei
Numer.20. Num.20. Deut.23.Iudicum.20.1.Reg.17.
Deutero.23. & Iudic.7. Eccleſia ſanctorum. Pſal.149.
Iudicum 20. 1.Reg.17. Vnde quia rex eſt cœleſtis,&adminiſtra-
Iudicum 7. tio ſpiritualis, dicitur regnũ cœlorũ:con-
Pſal.149. Ioan.18. trariũ regno carnali de quo Ioan.18. Regnum meum non eſt de hoc mundo. Il-
Mich.5. lud præbitum eſt Chriſto. Mich.5. Ex te enim exiet dux, qui regat populũ meum Iſrael. Quod regnum Iudæi cum fanaticis anabaptiſtis, ſomniant tẽporale. Nos enim credimus illud ſpirituale habẽs pro

ſceptro crucem quæ eſt illis ſcandalum, cum præſtolentur ſuum Chriſtum victorem orbis, qui debet eos ditare feculentis iſtis diuitiis, & proſternere hoſtes eorum quemadmodum factum tempore Heſter in Aſſeri imperio. vnde apoſtoli nõdum induti virtute ex alto quærunt primatus ſuos in illo regno. Matth. 21. Dic vt ſedeãt duo filij mei vnus ad dexteram & alius ad ſiniſtrã tuã in regno tuo, & Act. 1. Domine ſi in tẽpore hoc reſtitues regnũ Iſrael. Sed vos cõuenio, ô Iudæi, Quid prodeſt illud regnũ ſi eſt tẽporale iis qui defuncti ſunt vita ante natiuitatẽ Meſſię? quid iis, qui futuri ſunt à morte Meſſiæ? Regnum enim Meſſię debet eſſe æternũ. Dan. 2. & 7. Eſa. 9. & Pſal. 71. Sed cũ mũdus debeat accipere finẽ. Dan. 12. Matth. 24. & Lu. 21. Quomodo eſſet æternũ? Tota enim doctrina euangelica huc ſpectat, vt probet regnum Chriſti ſpirituale. Ioan. 17. Sicut ei dediſti poteſtatem omnis carnis vt omne quod dediſti ei, det eis vitã ęternã. Hæc eſt autẽ vita æterna vt cognoſcant te ſolum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum vnde. Rom. 8. qui eſt in dextera Dei, qui etiam interpellat pro nobis.

Heſt. 9. *Math. 21.* *Actor. 1.* *Daniel. 2. & 7.* *Eſaie 9.* *Pſal. 71.* *Daniel 12.* *Math. 24.* *Luc. 21.* *Iohan. 17.* *Regni & ſacerdotij Chriſti lata deſcriptio.* *Roma. 8.*

En regnum Chriſti & ſacerdotium interpellare videlicet. Hæbr. 7. Sempiternũ habet ſacerdotium ſemper viuens, ad interpellandum pro nobis. Sedet id eſt regnat cum patre. Epheſ. 1. Super omnem principatum, & virtutem, & dominationem, &c. dat ſpiritum ſanctum & remiſſionem peccatorum, nos ſanctificat. demũ glorificat ſecũ. Ioan. 16. & 17. reſuſcitaturus ſuos in nouiſſimo die. Lex regni Chriſti ſpiritualis eſt. Ioan. 4. Rom. 8. & bella. Ephe. 6. & 1. Pet. 5. & arma ſpiritualia. Item ſceptrum regni ſpirituale eſt videlicet verbum, fides, & ſpiritus ſanctus. Regnum igitur ſpirituale eſt. Ioan. 18. Regnum meum non eſt de hoc mundo. Chriſtus Deus ſpiritus eſt. Ioã. 4. qui venit vt nos ſpirituales efficiat, & det bona quę mundus non poteſt, neque dare, neque intelligere, 1. ad Cor. 2. ex Eſa. 64. Oculus non vidit, auris non audiuit & in cor hominis non aſcendit, quæ preparauit Deus iis qui diligunt eum, dedit & pacem Spiritualem æternam. Eſa. 9. Quã mundus non poteſt neque dare neque auferre. Ioan. 14. Quomodo deprimeret corda noſtra ad iſta terrena quæ ſpreuit?

Heb. 7. Epheſ. 1. Iohan 16. & 17. Iohan. 4. Roma. 8. Epheſ. 6. 1. Petri 5. Iohan 18. Iohan. 4. 1. Cor. 2. Eſai. 64. Eſaie 9. Iohan 14.

Math. 8. Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet, & Zach. 9. Ecce rex tuus venit tibi iuſtus, ſaluator, & pauper, vt te iuſtificet, ſaluet, ditétque ſpiritualibus ſua inopia 2. ad Corinth. 8. Voluit præterea ſuos terrena relinquere vnde Rom. 8. Cohæredes Chriſti ſi tamen compatimur vt & ſimul conglorificemur: Spe enim ſalui facti ſumus, contemplantibus nobis non quæ videntur, ſed quæ non videntur, nam quæ vidētur temporalia ſunt, quæ autem non videntur æterna ſunt: vnde regnum pacis Salomoni promiſſum. 2. Reg. 7. & Pſal. 88. Haudquaquã poteſt intelligi niſi de regno Chriſti, quod eſt regnum pacis perpetuæ. Auguſt. 17. Ciuit. cap. 17. & 20. cap. 9. quod hic eſt ſub cruce. Ioan. 15. & 16. & 2. ad Timoth. 3. Donec in conſummatione ſæculi angelus canat receptui, vt requieſcant à laboribus ſuis, quemadmodum corpus Chriſti paſſionibus ſubiectum fuit, donec acclamatum conſummatum eſt. Nunc. 1. Ioan. 3. filij dei, ſumus & nondum apparuit quid erimus & Col. 3. vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto

Math. 8. Zach. 9. 2. Cor. 8. Rom. 8. 2. ad Cor. 4. 2. Reg. 7. Pſal. 88. Auguſtinus de ciuit. lib. 17. cap. 17. & lib. 20. cap. 9. Iohan. 15. & 16. 2. Timot. 3. Apocal. 14. 1. Iohan. 3. Coloſſ. 3.

in Deo. Cum autem Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum illo in gloria, ſumus interim reges. 1. Pet. 2. & Apoc. 5. ſed nunc regnum noſtrum abſconſum eſt. Sumus enim ſub tutoribus vſque dum manifeſtetur regnũ Chriſti de quo, Luc. 6. adueniat regnum tuum id eſt, manifeſtetur quod erit in nouiſſimo die. Quemadmodum enim, Euangelium eſt adminiſtratio ſpiritus, 2. ad Cor. 3. ſic regnum Chriſti ſpirituale eſt, vt exponunt Apoſtoli. Act. 15. Dicta prophetarum loquentium de regno Dauid, dando Meſſia, quod hic incipit fide, & conſummatione gloriæ terminatur & viſionis Dei. 1. ad Corinth. 13. & 1. Ioã. 3. Quod dicitur regnum cœli. Dan. 2. regnum inquam ſperitualem dans iuſticiam: & vitam ęternam afferens, & potentia Euangelj regens fideles. Vnde prædicatio regni, complectitur pœnitẽtiam, fidem erga Chriſtum, & Euangelium & remiſſionem peccatorum, ceu gratiam. De quo Math. 3. 4. 10. Mar. 1. & 6. Lucæ 9. & 10. & 24. Act. 2. 3. & 20. Chriſtus enim regnat in ſuis per ſpiritum ſuum. Ioan. 14. & 16. & per fidem Euangelij, per quam ſuos iuſti-

1. Petri 2. Apocalip. 5. Luc. 6. 2. ad Cor. 3. Acto. 15. 1. Cor. 13. 1. Iohan. 3. Daniel. 2. Math. 3. 4. 10. Mar 1. & 6. Luc. 9. & 10. & 24. Acto. 2. 3. & 20.

ficat & ſaluat. Lucæ 17. Regnum Dei intra vos eſt. Illud regnũ, olim promiſſum in veteri inſtrumẽto, per omnes prophetas: Sed in nouo teſtamento, reuelatum & manifeſtatum eſt per Ioannem Bapt. Chriſtum & Apoſtolos. Ideo dicitur veniſſe. Hierem. 31. Ezech, 34. & 37. Quod vocatur regnum Dauid. Oze. 3. Luc. 1. & Eſa. 9. Nam Dauid fuit rex totius populi Dei, qui vocatur Iſraël, ſic Chriſtus nunc rex totius populi Dei, qui vocatur domus Iacob. Luc. 1. ſiue Iſraël. Nam veri Iſraëlitæ ſunt ij, qui colunt, & Deum, & Chriſtum. Dicitur tamen hoc regnum, nouum. Regnum ſiquidem Dauid conſtabat vno populo hæbraico, ſed iſtud ex Iudæis electis. Rom. 9. & 10. & gentibus. Ioan. 10. & 11. & Epheſ. 2. Non enim eſt diſtinctio Iudæi & Græci. Rom. 10. Gentiles conuerſi, ſunt Iudæi ſpirituales. Eſa. 44. Rom. 2. 3. 4. & 11. Carnales enim Iudæi, qui Chriſtum negarũt regem ſuum, illis promiſſum. Zach. 9. Dicite filię ſyon, Ecce rex tuus venit tibi in commodum & decus tuum, hi non amplius cenſentur populus Dei, Daniel. 9. Non erit eius populus, qui eum negaturus eſt. Vnde

Luc. 17. Hieremi. 31. Ezech. 34. & 37. Luc. 1. Ozee. 3. Eſai. 9. Luc. 1. Roma. 9. & 10. Iohan. 10. & 11. Epheſ. 2. Rom. 10. Eſaie. 44. Roma. 2. 3. 4. & 11. Zachar. 9. Daniel. 9.

Eſaie 65. Eza.65. vocabit ſeruos ſuos nomine alio, id eſt, Chriſtianos & nomen veſtrum erit in iuramentum. Sunt enim nunc Iudæi
Apo.2.& 3. ſynagoga Satanæ. Apoc.2. & 3. Nunc pa-
1.Cor.15. ter per filium regit ſuum, Eccleſiæ regnũ quòd in iudicio tradet patri. 1. Cor. 15. Qui regat per ſe, non per Chriſtum hominem ceu vicarium. Enimuerò non videmus patrem qui, 1. ad Timoth. 6. lu-
1.Timo.6. cem inhabitat, inacceſſibilem, nec poſſu
Exod.201. mus audire vocem eius. Exod. 20. Loquere tu nobis & non loquatur Dominus. Ideo Apoſtoli cum audiſſent vocem
Math.17. patris, ceciderunt in terram. Matth. 17. Chriſtum autem hominem poſſumus & videre & audire. Tunc autem videbimus
1. Cor.13. patrem ſicuti eſt. 1. ad Cor.13. quando ex Eccleſia militanti migrabimus ad triumphantem ex hoc mundo ad patrem: Reges huius ſęculi cum inaugurabantur, inſigniis regiis honeſtabantur, purpura videlicet, corona, ſeu diademate, fibula aurea & ſceptro. Sed præcipuum quod eos faciebat reges, erat diadema apud Ro-
Vide epiſtolam hebr. manos. Apud Iudæos, autem vnctio, Ideo Chriſtus noſter & vnctus rex & ſacerdos, vt Melchiſedec. Olim primoge-

niti erant reges & ſacerdotes vſque ad Ruben. Propter cuius ſcelus regnum datum eſt Iudę,& ſacerdotium tribui Leui. Sed Chriſtus qui ex vtraque tribu ortus eſt, vnctus rex & ſacerdos vnctione ſpiritus,de qua. Pſal.2.71.& 109. Eſa.9.& 61. *Pſal.2.71. 109. Eſa.9.61.* Rex ſpiritalis & cæleſtis, qui venit vt regnet in nobis, noſtro & commodo,& honore,loco Satanę, vt Deus loco Pharaonis regnabat ſuper Iſrael. Vnde tota adminiſtratio iſtius regni ſpiritualis eſt, & cæleſtis.Ioan.18.Regnum meum non eſt de *Iohan.18.* hoc mundo. Lex huius regni rex,iuſtitia, pax,bella, arma, victoriæ præmium, omnia ſpiritualia ſunt, hoc regnū non ſubijcitur more ethnicorum, neque loco, neque tempori,neque influentiis cœli ſicut nec olim hebræi. Deutero.4. & 8. Vnde. *Deuter.4. & 8.* Hiere.10. A ſignis cœli nolite metuere. Nam qui ſunt de hoc regno,vncti ſunt in *Hebr.10.* reges. Ideo dicti Chriſtiani, id eſt vncti, quibus omnia ſunt ſubiecta.Rom.8. Hæ- *Roma.8.* redes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti.1.ad Corin.3. Omnia veſtra ſunt, vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei. *1.Cor.3.*

CAP. 5. *Quomodo nomen regni cœlorum, multipliciter accipitur in ſcripturis.*

Daniel.2.

Tunc vi, armis, inſidiis, diuitiis, ſine fœdere ſeuiebant reges vnus in alterũ. At deus in Chriſto ſine his in 4. monarchia ſuſcitauit regnum quod nõ diſſoluetur.

Luc.1. Marc. 1.16. Geneſ. 49. Daniel.9. Luc.3. Math.3. Mar.1. 1.Corinth. 13.& 15. Baruc.3. Sap.5. Eccle.10.

REgnum Meſſiæ dicitur regnũ cœli vel cœlorum. Daniel.2. quod oriturum erat ſub quarta monarchia. Dan.2. ceſſante tẽporali regno Dauid. Gene.49. quod adũbrabat regnũ ſpirituale Chriſti, poſt cuius manifeſtationẽ ceſſauit vnctio illa externa Iudæorum. Dan.9. Quod primò prædicat Ioan. Luc.3. Matth.3. & Mar.1. Demum Chriſtus & Apoſtoli: vox antè inaudita vſque ad lætam prædicationem euangelij, ſignificans aliquod regnũ glorioſum, iocũdum, fixum, perpetuum, ſtabile, incorruptibile. Illius pax, tranquillitas, ſecuritas perpetua, quę in hac vita imperfecta, ſed mutabũtur in melius. 1.Cor. 13.& 15. Oppoſita ſunt autem in regnis huius mundi reges, regna, pax, diuitiæ, &c. Inſtabilia ſunt. Baruc 3. Sap.5.& Eccle.10. Vide de 4. monarchiis, & aliis regnis.

Regnum diuerſimode accipitur. Math.25.

Nota interim, quòd regnum cœlorum aliquãdo accipitur pro gaudio, quo fruũtur animæ per fidem ex hac vita migrantes, & ad Deum peruenientes. Matt.5.25.

&c Luc.13. Retributio videlicet iuſtorum pro ſua iuſtitia. Matth.6. Vide Chriſoſt. Grego. Cypr. ſuper oratione dominica. Aliquando pro malorũ retributione, pro ſua culpa, & bonorum quæ contingent in iudicio, vbi manifeſtabitur regnum Chriſti. Matth.25. & Luc.21. De quo dicimus adueniat regnum tuum, expectãtes beatam ſpem, & aduentum glorię magni Dei, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Aliquando autem regnum cœlorũ locus eſt beatorum. Luc.14. & Matt.13. Aliquando autem eſt cõgregatio credentiũ. In terra regnũ eccleſiæ, cõmunitas hominũ cœleſtium, mente ciuium cœli quam Deus inuiſibiliter regit & inhabitat. Matth.13. & 25. Simile eſt regnum cœlorum, &c. qui facti ſunt cœleſtes à ſpiritu Dei, renũciantes mundo, & veteri homini in baptiſmate, qui non coacti ſpiritu ſeruitutis, ſed volũtariè ſpiritu amoris obediũt: qui regnant & imperant ſuper hoſtes ſpirituales, peccatum, Satanam, mortem, infernum, &c. cùm omni iucunditate. Apo. 5. Feciſti nos Deos, reges, &c. Regnum Chriſti & eccleſia, idem ſunt: ſed vocabulum regni anguſtius eſt, cõſtans ex iu-

Luc.13. Matth.6. Matth.25. Luc 21. Ad Tit.2. Luc.14. Matth.13. Matt.13. & 25. Apoca.5.

ſtis qui credunt Chriſto, & ſanctificantur per ſpiritum ſanctũ, cuius notæ ſunt purum verbum, & legitima ſacramentorum adminiſtratio: in quibus non dominatur peccatum vel concupiſcentia: ſed Chriſtus rex pacis regit eos. Ezech. 37. & Mich. 5. Et regnat in cordibus eorum, fide, ſpe, & charitate. Spiritu ſancto & verbo ceu ſceptro. Pſal. 109. Sceptrum virtutis tuæ emittet Dominus ex Syon. Nã Eſa. 2. De Syon exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem: regnat enim in domo Iacob, id eſt luctantium & militantium Deo. Iſrael enim Hebræis eſt princeps cum Deo: à ſar, id eſt princeps, & el id eſt Deus, miles vincens hoſtes. Imò fide & oratione vincens Deum. Geneſis 32. Nomine etiam regni ſignatur verbum Dei, quo vt ſceptro regit nos. Matthæi 5. Minimus vocabitur in regno cœlorum. Chriſoſtom. In opere imperfecto capit. 23. Regnum Dei ſcriptura eſt & verus & germanus eius ſenſus. Matthæi 21. Auferetur vobis regnum Dei. Vbi enim verbum, Dei purum, ibi eſt regnum cælorum, & Chriſti. Hieronim. ſuper Matth. 13. Prædicatio Euangelij &

Notæ eccleſiæ Chriſti.
Ezech. 37.
Mich. 5.
Pſal. 190.
Eſaie. 2.
Matth. 5.
Matth. 21.
Hieronimus ſuper. cap.
Matth. 13.

notitia, ſcripturarum deducẽs ad vitam, eſt regnum cælorum, quæ Matth. 13. Cõparatur grano ſynapis, & fermento. Dicitur etiamnum regnum cælorum fides & gratia, per quas vt leges, regnat Chriſtus in nobis. Luc. 17. Rom. 14. & 1. ad Cor. 4. & etiam verba iuſtitiæ. Aliquando etiã dicitur regnum cælorum rex, vel dominatus eius, & poteſtas Euangelij prædicatio, virtus, operatio, & protectio Chriſti. Nam in regno ſunt plurima, quæ tamen vno regni nomine ſignificantur. Hoc duplex regnũ patris videlicet, & vniuerſale regnum orbis datum eſt vnico filio Dei à patre. Ioan. 13. Omnia dedit ei pater in manus. Quod tamen etiam iure belli voluit aſſequi. Ius enim erat in nouaculæ cuſpidæ, quòd aiunt. Ideo loquẽdum de bellis Chriſti, qui apparuit vt diſſoluat opera diaboli. 1. Ioan. 3. & Pſal. 71. Siquidem ex eccleſia triũphante deſcendit ad militantem, vt dimicet & det ſuis victoriam, & pacem, quæ eſt finis belli. 19. Ciuit. Dei.

Matth. 13.

Luc. 17. Rom. 4. 1. Cor. 4.

Quòd gallicè dicitur le regne.

Iohan. 13.

1. Iohan. 3. Pſal. 71.

Auguſti. de ciuit. lib. 19.

CAP. 6. *De bellis & triumphis regis Chriſti, quæ cauſa belli, & quomodo diabolus cæperit hoc bellum.*

Gen.1. MOſes Gen. 1. prius quàm loquatur de creatione primi hominis, nobis exponit dominium Chriſti, & regnum: qui eſt hæres vniuerſorum, per quem facta ſunt ſæcula. Ideo angelis
Pſalm.96. data lex. Pſal. 96. Adorent eum omnes
Hebr.1. angeli & Heb.1. Cum introduxit primogenitum in orbem terrarum, dixit, adorent eum omnes angeli, qui ex Auguſt.5. Gen. & Bernardo cognouerũt filiũ Dei incarnandum, cui homini ſubijcerentur omnia. Detractauit autem patris angelus obedire Chriſto, patríſque legibus: qui tamen omnia creauit per filium. Ioan. 1.
Hebr.1. & Hebr. 1. & Coloſ. 1. etiam diabolum.
Coloſſ.1. Iob. 40. Iob 40. ſibi complacens, & quaſi non eſ-
Ezech.29. ſet factus à Deo. Ezech. 29. Ego feci me ipſum, Deus ego ſum: licet eſſet à Deo conſtitutus ſuper alios angelos, vt Adam ſuper omnes homines, & Chriſtus ſuper
Coloſſ.1. omnes angelos & homines. Coloſ. 1. &
Epheſ.1. Epheſ. 1. Ipſum dedit caput ſuper omnẽ eccleſiam.

eccleſiam. Vnde ſibi derelictus is angelus ex ſuo libero arbitrio, peccauit nemine tentante, ſpreuit Deum, & alios angelos. Eſa.14.& Lu.10. Factus hoſtis Dei, & eius iuſtitiæ punientis, tunc in cœlo orta ſunt duo regna, ſcilicet bonorũ angelorum, quod eſt regnum Chriſti, qui eſt caput omnis eccleſiæ, etiam angelicę. Coloſ.1. ad Phil.2. In nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, &c. Aliud regnum fuit malorum, quorum caput diabolus, ſicut poſtmodum in hoc mundo. Gene.3. Cœperunt duo regna: Eccleſię, videlicet ab Abel, & mundi, à Cayn. Voluit enim diabolus angelos eum habere pro Deo ſuo, mẽdacio deceptus. Ioan.8. Sed boni angeli virtutibus cõtrariis peccatis diaboli, armati, virtute Chriſti & clypeo fidei eius vicerunt. Apo.12.& eiecerunt eum de cœlo cum ſuis conſectaneis. Lu.10. & 2. Pet.1. Sicut in iudicio ſeparabũt malos dę medio iuſtorũ. Matt.13. Tunc Michael ſuſcipiens cauſam Chriſti & ſuorum, nactus eſt ſuum nomen: Michael enim quis ſicut Deus interpretatur, cum ſpiritus nequam dixiſſet: ſimilis ero altiſſimo. Vnde aſſecutus victo-

Eſaie 14. Luc.10.

In cælo duo regna orta.

Coloſſ.1. Philip.2.

Geneſ.3.

Iohan.8.

Apocal. 12.

Luce.10. 2. Petri 1. Matth.13.

Michael quid ſignificet.

riam, factus eſt princeps illius eccleſiæ angelicę, qui nunc eſt victor, & princeps eccleſiæ militantis. Dan.10.& 12. Apo.12.

Daniel 10. & 12. Victus tunc Satan à Chriſto per ſuam
Apocal. 12. angelorum militiam, ſecundò victus eſt
Matth.12. ab ipſo filio Dei homine. Matt.12. Luc.11.
Luca 11. Ioan.12. & 16. Coloſ.2.1. Ioã.3.& Apo.20.
Iohã.12.16. Coloſſ.2. 1.ohan.3. Vnde. Luc.10. Videbam, inquit Chriſtus, Satanam vt fulgur de cœlo cadẽtem, id-
Apocal. 20. Luca.10. que ante hominis creationem. Tunc ergo erat Chriſtus: ergo Deus erat, qui videbat cadentem antequam caderet, cum nondum eſſent angeli, cadẽtem in abyſſum, & caliginem tenebrarum: & cahos illud informe. Nõdum enim erat ſol neque luna, nec aliud lumen: & tunc ſicut Michael nactus eſt ſuum nomen ob victoriã de illo qui dicebat: ero ſicut Deus, ſic prim9 ille angel9 vocatus eſt διάβολος
Pſal.118. pſal.108. Id eſt calumniator Dei: quod ei fecerit iniuſtitiam: & ſuum crimen refert in Deum, accuſat etiam & calumnia-
Apocal. 12. Iob.1. tur pios. Apoca.12. Proiectus eſt calumniator fratrũ, dictus eſt etiã Satan. Iob 1. Id eſt aduerſarius, & demon, id eſt ſciẽs, ſed in malum, tunc ſuo modo doluerunt angeli, ruinam ſuorum vt olim hæbrei

exitium tribus Bẽiamin. Iudic.21.& Hie- *Iudic.21.*
rem. 31. Vox in rama audita eſt, tunc to- *Hierem. 31.*
to nixu, deſiderarũt ſalutem noſtram, ad
reparandam ruinam eorum, tũc ſeſe ad-
dixerunt hominum obſequiis, maximè
propter filium Dei, qui debuit fieri ho- *Heb. 2.*
mo, & non angelus. Hebr.2. Et quia ho- *Matth.22.*
mines futuri ſunt in gloria, ſimiles ange-
lis. Matth. 22. poſt eam inſignem victo-
riam, eccleſia angelorum militans facta
eſt triumphans, ſicut eccleſia noſtra mi-
litans poſt vltimam victoriam fiet trium-
phans.

Quomodo diabolus, cœperit bellum in terra, contra Chriſtum in ſuis. CAP. 7.

POſtquam diabolus victus eſt *O malitiam*
in cœlo cũ ſuis, & extruſus, *Sathanæ.*
videns ſe non poſſe auferre
Chriſto regnum cœleſtium,
molitus eſt habere regnum
terreſtrium, & demum infernorum. Vn-
de adortus eſt Adam qui erat rex mun- *Geneſ.1.*
di. Gen.1. & Pſal. 8. in figura Chriſti re- *Pſal. 8.*
gis. Rom 5. qui eſt forma futuri,& Zach. *Rom. 5.*
13. Adam exemplum meum,quo victo fa *Zach.13.*
ctus eſt Dominus eius. 2. Petri 2. à quo *2.Petri 2.*

quis ſuperatus eſt, eius & ſeruus eſt. Arrogauit etiam ſibi regnum eius, mundi videlicet, id eſt filiorum Adam carnaliũ.
Ioan. 12. 14.16. *Iob*.41. *Luc*.11. Ioan. 12.14. & 16. Dicitur princeps mundi, qui à nullo potuit pelli. Iob. 41. & Lu. 11. Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia quæ poſſidet. Nam ſpiritus ex Diony. eſt fortior omni re corporali. Homo creatus liberi arbitrij, poterat conſentire vel non conſentire. Vnde non inuito homine, vel coacto neque nolente Deo, ſed permittente, victus eſt, cùm eſſet Dominus quaſi dor-
Efficaciter ſcilicet. miens. Pſal. 43. & 77. non excitatuſ gra-
Pſal 43.77. tiarum actione nec inuocatione, ſicut cõ
Matth. 26. tigit Apoſtolis. Matth. 26. Cum enim homo eſſet imago Dei, quia creatura rationalis, item ad eius ſimilitudinem creatus, vt illum imitaretur, & imitando proficeret ad gloriam viſionis.
1. *Ioan.* 3. *Pſalm*. 16. 1. Ioan. 3. Tunc ſimiles illi erimus. & Pſal. 16. Satiabor cũ apparuerit ſimilitudo tua. Conatꝰ eſt diabolus eum ſibi aſſimilare, & imprimere illi characterem ſuum. Vnde ſi homo co-
1. *Ioan*.3. *Ioan*.10. luiſſet Deum fide & charitate, & ſpe maiorum, ĩis quę promittebat diabolus, fuiſſet nedum ſimilis Deo, 1. Ioan. 3. Imo par-

ticipatione Deus. Ioan. 10. Ego dixi, dij eſtis. Idcirco enim conſtitutus eſt primus homo huius orbis monarcha, vt omnibus reb⁹ bene vteretur, & ordinaret eas. Vnde eſt origo omnium legum ciuiliũ, quæ propter mandatum ſibi datum, approbantur: imò eccleſia habet ipſum primum mandatum, in quo timorem & fidem erga Deum exerceat: exinde diabolus, qui voluit rapere gloriã regni Chriſti, ſicut Adam theſauros ſapientiæ & ſcientiæ Chriſti regis, de qua Eſa. 7. & ad Coloſ. 2. ad circumueniendum primum hominem, vſus eſt ſophiſmate æquiuocationis, quod vocant dialectici: Pollicebatur enim ſimilitudinem Dei, quam & nos expectamus, ſed per Chriſtum, qui factus eſt ſimilis nobis, per omnia abſque peccato, non per Satanam, non per fructus terræ, vel aliam creaturã: ſolus Chriſtus imago patris, reparat illam ſimilitudinem per ſpiritum ſuum, & hic & in cœlo. Eſt etiam pollicitus quod nequaquã moreretur, quod intellexit de morte corporali. Nã ſi ſtatim mortui fuiſſent, quomodo humanum genus multiplicaſſent, vt præceperat Dominus? Gen. 1. Attamẽ

Sophiſma æquiuocum

Gen. 1.

Ezech.18. per peccatũ in anima mortui ſunt. Ezec. 18.Anima quæ peccauerit,ipſa morietur. Addit quod aperientur oculi eorum, nõ ad videndum omnia, ſed ſuam nuditatem:ſcientes non omnia, præſentia, prçterita & futura: ſedbonũ & malum. Ipſa experientia, vnde tandem victus amore ſui vſque ad contemptum Dei,cecidit in infidelitatem de verbo Dei.Nã non credidit ſe moriturũ,nec peccatum ſuum dignum morte.Vnde Gen. 3. Dixit Domi.

Geneſ.3. Hironica verba. ironicæs: Adam factus eſt ſicut vnus ex nobis. Videte ne ſumat de ligno vitæ, & viuat in æternum. En infidelitatem characterem diaboli, per quam conſtituuntur filij diaboli, habentes eius ſimilitudinem, qui dicuntur ſemen eius, id eſt filij.

Geneſ.3. Ioan 8. Gene.3. & Ioan.8.vos ex patre diabolo eſtis. Aufert ſiquidem ſimilitudinem Dei per quam filij Dei ſumus. Vnde datur à Chriſto nobis fides, per quam iterũ

Ioan 1. ſumus filij Dei. Ioan.1. relicta infidelitate, & charactere, & ſemine diaboli. Dominus qui videbatur hactenus dormire, apparet ad auram meridianam, qui patefacta potentia Satanæ,demum patefecit cõtra illã Euãgelium de Chriſto ſe-

minc.Fuit enim amicitia inter mulierem
& ſerpētē cũ illa peccaret, ſed ego inquit
Dominus, diſſoluam eam amicitiam, &
ponam inimicitias inter te & mulierem,
quæ eſt eccleſia. Ephe.5.ſignans etiā Ma- *Epheſ. 5.*
riam matrem Chriſti. Nam ſemen pro-
miſſum, eſt tãtùm ex muliere. Quam de-
mum denunciat virginem futurã. Eſa.7. *Eſaie. 7.*
Non enim loquitur Euæ,quæ nõ fuit im-
mediatè mater illius ſeminis, ſed Maria:
ſed conuertit ſermonem ſuum ad ſerpen
tem,& comminando & denuncians bel-
lum Chriſti contra diabolum, & victo-
riam.Gen.3.Semen diaboli, ſunt mali ex *Geneſ.3.*
peccato nati. Gene.3. Multiplicabo con- *Si non peccaſſet Adamus ſoli electi nati fuiſſent.*
ceptus tuos. Nam ſi non peccaſſent, ſoli
electi fuiſſent nati: ſed in pœnam pecca-
ti dictum eſt: multiplicabo conceptus
tuos: Genuit enim & electos & repro-
bos,vnde fuit Cayn primus filius diaboli,
initium eccleſiæ Satanæ,& regni mundi:
primum ſerpentis ſemen,ex maligno na-
tum. 1.Ion.3. Imitator inuidiæ ipſius dia- *1.Ioan 3.*
boli, agricola ſectator mundi. Vnde pri-
mus ædificat in terra ciuitatem Enoch,&
filij eius inuenerunt omnis generis opifi-
cia, & artes, pro victu corporis & carnis.

Fuit enim Cayn infidelis,vnde in targum hieroſolymitan. dicitur quòd Cayn dixerit Abel, non eſt iudicium, neque iudex,neque ſæculum aliud,neque merces bona dabitur iuſtis, neque vltio ſumetur de impiis, nec ex miſericordia Dei creatus eſt mundus, nec ex miſericordia eius gubernatur, eo quòd accepta eſt oblatio tua cum beneplacito: à me vero non eſt ſuſcepta, Abel autem aſſeruit plane oppoſitum omnium iſtorum. Quare occiſus eſt à Cayn pro confeſſione fidei, quæ eſt fundamentum eccleſiæ Dei,quę eſt aſſerens cõtraria his quæ confeſſus eſt Cayn,
Pſal.61. ſcilicet quòd ſit vnus Deus, omniũ creator & moderator,quòd ſit aliud ſęculum, quòd Deus iudex iuſtus reddet vnicuique iuxta opera ſua, quòd ſit vita æterna nobis parata in alio ſęculo per Chriſtum. Vnde infidelitas Cayn, eſt fundamentũ eccleſiæ Satanæ, & regni mundi, per quã infidelitatem vt ſceptrum regnat diabolus in ſuis, ad Coloſ.2.qui nunc operatur
Coloſſ.2. in filios incredulitatis:& dicitur princeps tenebrarum,id eſt infidelium,ſicut Chriſtus lucis, id eſt fidelium, habentium lumen fidei.Ephe.5.Eratis enim aliquando
Epheſ.5.

tenebræ, nunc autem lux in Domino, ſi enim Abel tantum inuidia fratris fuiſſet occiſus, quomodo eſſet martyr Dei? qui tamen. Matth.23. Pronunciatur primus martyrum? Iſte error Cayn præualuit apud Gẽtiles, Epicurum, Lucianum, Democritum, Saduceos: & ſæpius impetit nos, tẽtatio huius infidelitatis Cayn, quæ prçualebit in nouiſſimis tẽporibus. 2. Pet. 2. & 3. Et Iudæ cap. vni. væ his qui in viam Cayn abierunt. Abel ſemen mulieris benedictum, ſimplex paſtor ouium, vbi contemplabatur Chriſtum futurum paſtorẽ, qui pro ouibus immolatus eſt, in cuius fide & ipſe obtulit. Heb. 11. Fide plurimam hoſtiam Abel quàm Cayn obtulit Deo, per quam teſtimonium cõſecutus eſt eſſe iuſtus, teſtimonium prohibente muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. Non coluit terram, non ædificauit in hoc mundo, oſtendens ſe ciuem cœli. Expectabat enim fundamẽta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor Deus, de qua Hebr. 13. Non habemus hîc manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus.

2. Petri 2. & 3. S. Iud.

Hebr. 11.

Hebr. 13.

CAP. 8. *Quomodo primùm prædicatum euangelium in paradiſo, à Deo.*

O paternam bonitatem.

DOminus videns primum hominem deiecto animo & deſperato, cuius miſerationes ſuper omnia opera eius, ceu Deus ex improuiſo apparẽs, vt erigat animum primi hominis, denunciat euangelium promiſſionem ſeminis quod diſſipet regnum Satanæ, de peccato & morte aſſeret nos in libertatem & gratiæ & vitæ. Illa prædicatio euangelij dedit initium eccleſiæ, & regno Chriſti.

Lex in eccleſia inſufficiens ſine euangelio Chriſti.

Nam in eccleſia non ſufficit lex ſine euãgelio Chriſti, cuius gratia eſt remiſſio peccatorum, reconciliatio cùm Deo, & perſiſtentia in tentationibus & morte, fide promiſſionis eius ſaluati Adam & Eua. Et ſuſceperunt conſolationẽ in morte & vita, plena laboribus & affectionibus, poſtquam expulſi ſunt de paradiſo in terra illa Paleſtine, quæ demum data eſt Iſraelitis: in qua plantata eſt primum ſynagoga.

Exod. 15.

Exo. 15. Plantabis eos in monte hæreditatis tuæ. Illic demum fundata eſt & Chriſti eccleſia.

Eſaie 2.

Eſa. 2. De Sion exibit lex,

& verbum Domini de Hieruſalem, &
Ioan. 4. Salus ex Iudæis eſt. Item Lu.24. *Ioan.4.*
Oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à *Luc.24.*
mortuis, & ita intrare in gloriam ſuam, &
prędicari in nomine eius pœnitentiam,
& remiſſionem peccatorũ in omnes gen
tes, incipientibus ab hieroſolyma. Quæ
eccleſia à ſua naſcentia ſubdita eſt perſe-
cutionibus aſſiduis. Pſal.128. Sæpe expu- *Pſal. 128.*
gnauerũt me à iuuẽtute mea. 2. ad Tim.3. *2.Timo.3.*
Heb.6.11.12. Idque ob verum Dei cultũ, *Hebr. 6. 11.12.*
quẽ nõ poteſt ferre Satan, qui tunc cœpit
per ſua membra perſequi Chriſtũ in ſuis.
Apocal.13. Agnus occiſus eſt ab origine *Apocal. 13.*
mundi. Idcirco ſuſcitatus Cayn contra
Abel vt extingueretur verbũ Dei, & ſyn-
cera doctrina. Tunc patuit furor diaboli,
& quid agat per ſuos quos agit. 2. ad Ti-
moth.2. Captiui tenentur ad eius volun- *2.Timo.2.*
tatem, quemadmodũ ſpiritus Chriſti agit
filios Dei. Rom. 8. qui ſpiritu Dei agun-
tur, hi ſunt filij Dei. Potentiam ſiquidem *Roma. 8.*
Satanę in ſuos perſpicuè cernimus in Iu-
da. Ioan.13. Mar.14. Luc. 22. Cayn refert *Marc 14. Luca 22.*
ſimilitudinem diaboli, & Abel Dei, qui *Ioan.13.*
fuit figura Chriſti: & Cayn Iudæorum
homicidarum, quibus datũm ſignũ quẽ-

admodum & Cayn. Terra ſuſcepit ſan-
Geneſ. 4. guinem Abel, qui adhuc clamat. Gen. 4.
Hebr. 11. & Hebr. 11. & terra ceu ager eccleſiæ ſu-
Matth. 26. 1. Cor. 11. ſcepit ſanguinem Chriſti ad bibendum.
Hebr. 12. Matth. 26. & 1. ad Corin. 11. qui clamat mi
O admirabile myſterium Sacramenti Euchariſtici. ſericordiam & recõciliationem. Heb. 12. acceſſiſtis ad ſanguinem melius clamantem, quam Abel non videtur Abel homi
Sapienti. 3. nibus viuus, nihilo ſecius viuit Deo, & mortuus loquitur. Hebr. 11. & 12. & Sap. 3. Viſi ſunt oculis inſipientium mori, illi autem ſunt in pace, nõ enim eſt Deus mor-
Matth. 22. tuorum. Matth. 22. Deus qui primũ prædicauerat euangelium poſt occiſionem Cayn, denunciat demũ iram ſuam. Nam Roma. 1. primùm nunciatur in euangelio Dei iuſtitia, qua gratis iuſtificat nos ſeu gratia, demum reuelatur etiam in euan-
Roma. 1. gelio ira Dei de cœlo. Quapropter Do-
Quantum iuſtitiæ attulerit Adæ Abelis mors. minus nunciat venturum iudicium horrẽdum, & pœnam homicidij, aliorúmque peccatorum. Deflet Adam centum annis peccatum ſuum, cernens mortem Abel. Tunc enim cognouit damnum quod in-
Numer. 21. currit ex peccato. In his duobus filiis inœperunt bella Dei, de quibus Nume. 21. ſicut dicitur in libro bellorũ Dei. Enim-

uero ante Moyſen non erat ſcriptura. *Sephet mil*
Vnde pentatenchus dicitur liber bello- *chamot ado-*
rum Dei, maximè Gene.3. de inimicitia *nai.* *Geneſ.3.*
ſerpentis & mulieris, & filiorum Adam
Abel & Cayn, & filiorum Cayn contra
filios Seth. Dicitur etiam liber iuſtorum.
2. Reg.1. quemadmodum euãgelium eſt *2.Regum 1.*
liber bellorũ Chriſti, & Apocalypſis bel-
lorum eccleſiæ. Cayn ciuis mundi & ſe-
men ſerpentis, cuius generatio multipli-
cata eſt, & conſtituit ciuitates, & regna,
citius quàm generatio Dei. Nam poſt cẽ-
tum annos à morte Abel eſt natus Seth.
Generatio Cayn corrupit fidem, & mo-
res in populo Dei filiis, videlicet Seth, qui
filij Dei dicuntur. Gene.6. In quorum vl-
tionem miſſus κατάκλυσμος Abel filius fuit *Id eſt dilu-*
benedictionis quando. Gene.1. Benedi- *uium.*
xit Dominus primis parentibus: creſcite *Geneſ.1.*
& multiplicamini, &c. Cayn autem ma-
ledictionis. Gene.3. in pœnam & maledi-
ctionem. Multiplicabo conceptus tuos *Geneſ.3.* *Vide mulie-*
Nam ſine peccato illorum non fuiſſet na *rum damna*
tus Cayn, ſed ſoli electi, operatus diabo- *peſſima.*
lus primum per Cayn contra Chriſtum,
in ſuis demũ per mulieres in generatio- *Geneſ.6.*
nem Seth, quæ erat Dei. Gen.6. ſicut cõ-

tra Salom.3.Reg.11.Eccle.47.per Madianitas mulieres, Nume.25. erga Iudæos & Cananæos, Neem.13. ſic hæreſes primò à viris, vt Cayn primus hæreticorum, ſed demum per mulieres, Conſtantiam, Eudoxiam, Iuſtinam, & alias. Vide Hieron. lib.2.contra Pelag.ad Cteſiphontem, Symon.mag.per Helenã meretricem, Marchion aliam quam præmiſit Romam, Apelles philomenem, Montanus priſcam & Maximillam, Donatus, Lucillam, Elpidius, Agapem, Priſcillianus gallam, & noſtro ſeculo idipſum periclitati ſumus. Vide in Cayn exemplum peccati originalis infidelitatem, diffidentiam timorem, deſperationem, amorem ſui. Nam ſolus voluit eſſe hæres mundi. Eua arbitrata promiſſionem de ſemine, Gene.3.complendam in Cayn, ideo dicit poſſedi hominẽ per Deum: Cayn enim poſſeſſionem ſignificat. Secundus filius dictus eſt Abel, idem ſuperfluus vel ſpretus ab Eua, qui tamen erat electus: ſicut & Chriſtus ſpretus eſt à mundo cùm ſuis: hi duo filij prima vaſa ſunt reproborum & electorum: quia autem Chriſtus deſcenſurus erat ex Seth, qui dicitur poſitus pro Abel ſcili-

3.Reg.11. Eccle.47. Numer.25. Neem.13.

Hieronimus liur.2.contra pelag.ad Cteſiphõtẽ.

Geneſ.3.

cet, & dicitur fundamentum. Proüer.10. Iuſtus quaſi fundamentum, ſic Chriſtus per eum figuratus, dicitur fundamentũ. Matth. 16. 1. ad Cor. 3. & Eſa.8. Per Seth enim reſtitutus eſt verus Dei cultus & per Enoſch. Gen.4. Siquidem cultus Dei prophanatus erat per idololatriam à filiis Cayn, vnde vocatus enoſch quaſi homo. Nam prius vt bruta viuebant ſine Deo, demptis pauciſſimis. Poſt diluuium autem renouata eſt promiſſio de Chriſto: non deſtitit interim diabolus, quin molitus fuerit delere fidem promiſſionis de Chriſto, idque in cõfuſione linguarum: Attamen remanſit apud eos qui retinuerant linguam hæbraicam, qua ſola locutus eſt totus orbis, vſque ad cõfuſionem illam linguarum. Et ne omnino interiret memoria promiſſionis factæ. Adæ de Chriſto (ſine cuius fide nullus vnquam ſaluatus eſt) inuentæ ſunt literæ Hebraicę à Moſe, demum græcæ à Cadmo tempore othoniel, deinde Latinæ à Carmenti de tempore Iait Iudicis, per quas literas renata eſt, iterum cognitio promiſſionis de Chriſto venturo, vt patet in Bibliis Hebr. Item in tranſlatione Caldaica &

Prouerb.10. *Matth.16.* *1.Cor.3.* *Eſaiæ.8.* *Geneſ.4.* *Iudic.1.* *Quando litera hebrea græca & latina inuẽta & à quibus.* *Iudic.10.*

grȩca ſeptuaginta interpretum, quàm vidit Plato, aliique plurimi philoſophorũ in Ægypto. Vnde in ſepulchro cuiuſdam philoſophi apud Conſtantinopolim, inuenta eſt lamina aurea, in qua ſcriptum erat Chriſtus naſcetur ex Maria virgine: & credo in eum, ô Sol iterum me videbis. Helenæ & Conſtantini temporibus. Itẽ anno 1242. Imperante Fræderico ſecũdo, tẽpore honorij Papæ, regnante in Caſtella, Ferdinando, à quodam Iudæo, in Saxo nequaquam fathiſcẽte, repertus eſt liber in tribus linguis, hæbraica græca & Latina, cuius folia erant lignea, in quo ſcriptum erat quod in tertio ſæculo.) Nã diuidit tempus totum durationis mundi in tria ſæcula) Chriſtus filius Dei naſcetur ex Maria virgine, & pro ſalute hominum patietur. Et erat ibi etiamnum ſcriptum, quòd illo anno debebat inueniri, regnante Ferdinando. Vnde Iudæus ille cum omnibus ſuis credidit in Chriſtum. Qualem autem notitiam habuerint de Chriſto venturo Sybillæ, eámque inuulgarint apud ſuos Gentiles, notius eſt ex Auguſtino & Lactãtio, quàm vt opus ſit eorum adducere vaticinia fuſius. Non

Notatu digna ſanè.

Fathiſcente.

ociabatur

ociabatur interim Satanas, quin circui-
ret terram. Iob. 1. vt cuſtodiret atrium *Iob.1.*
ſuum, ciens graues perſecutiones in eos
qui profitebantur fidem Chriſti, patriar-
chas, Ioſephum, Iobum qui ortus erat ex
iis primogenito Nachor fratris Abrahæ,
is enim hiis (ex Philone) duxerat in vxo-
rem dinam filiam Iacob. Promiſſionem
de Chriſto nunciat Iacob moriens. Gen. *Geneſ. 49.*
49. quæ eſt tertia. Nam de prima promiſ-
ſione Gen. 3. de ſecunda vero, Gen. 22. *Geneſ. 3. & 22.*
Has promiſſiones cognoſcens θεόμαχος
Ille Satan, redintegrat bellum & quidem
ſolito grauius vt draco & Leo, in eccle-
ſiam Dei, cuius caput Chriſtus, qui in ea
patiebatur. Apoc. 12. Vide perſecutiones *Apocal. 12.*
quas ſuſcitat contra Ioſeph per fratres, il-
lecebras vxoris Domini ſui, & carceres:
demum mortuo Ioſeph, Exod. 2. Sæuit *Exod. 2.*
in totum genus Iſraelis in inuidiam Chri
ſti, & palam occidit animas per idolola-
triam & diffidentiā de promiſſione Chri
ſti. Corpora autem per regem Pharaonē.
Vnde adigitur populus Dei vt ad Ra-
uimvſque, clamet ad Dominum deſide-
rās liberatorem Chriſtum. Exod. 4. Mit- *Exod. 4.*
te quem miſſurus es, quem pollicitus eſt

Geneſ. 49. Iacob. Gen.49. Salutare tuum expecta-
bo Domine, à quo ſolo debellandus erat
Luc.11. ille ſæuiſſimus hoſtis. Luc. 11. cum fortis
armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace
ſunt omnia quæ poſſidet: ſi autem fortior
illo ſuperuenerit, & vicerit eum, vniuerſa
arma eius auferet, in quibus confidebat,
Matth.12. & ſpolia eius diſtribuet. Idem, Matth.12.
1.Ioan.3. & 1.Ioan.3. Ille apparuit vt diſſoluat ope-
ra diaboli in cuius ſignum immolatus eſt
Exod.12. agn9, Exo.12. qui erat figura Chriſti agni,
Ezech.28. Ioan.1. ſicut Pharao figura draconis, Eze.
& 32. 28. & 32. & leonis Pſal. 90. conculca-
Pſal.90. bis leonem, &c. Vnde volebat tollere om
nem expectationem illius ſeminis Chri-
ſti, & abolere Dei nomen, & perdere pro-
miſſionis fidem, deglutire futuri regni
ſpem, ſed vide quomodo Chriſtus con-
triuit Pharaonem, & tot regna Ægypti.
Exod.14. Exod.14. Sapien.18. Dum medium ſilen-
Sapien.18. tium omnipotēs ſermo tuus, &c. qui fuit
durus bellator, & gladius acutus in Pha-
raonem, & regnum eius? ſed agnus popu-
lo Dei. Nam Ægyptij volebant occidere
Exod.4. primogenitum Dei, Exo.4. reſpectu gen-
tilium, & in illo Chriſtum primogenitū:
Coloſſ.1. Coloſ.1. Vnde meritò primogenita eorū

omnia occiſa, Exo.15.dixit inimicus perſequar,&c. Gene.15.gentem cui ſeruituri ſunt,&c. Victus in Pharaone ſicut in Nabuchodonozor & Aman,volentibus delere genus, ex quo Chriſtus, Rom.1.& 3. & 9. Vnde ex illa victoria contra Ægyptũ glorificatus Deus eſt, & factus notus mundo. Exo.9.15. Deut.4. Rom.9.& populus Dei exaltatus. Exo.3. Rom.3. Sed vide quomodo 40. annis pugnat cũ populo Dei in deſerto, quẽ pertrahit ad idololatriam vitulorũ. Exo.32.ſicut poſtmodum tempore Hieroboan,& aliorum regũ Iſrael.3.Reg.12.tunc aperté cœpit perſequi prophetas Domini. Poſt exitum de Ægypto & mortem Moyſi,Aaron, Ioſue, &c.Iudic.2. Duxit ad idololatriã per mulieres alienigenas. Interim miſſi iudices 12.ad fugandam idololatriam, & tuendũ populum Dei qui dicti ſunt ſaluatores: Nam vicarij veri ſaluatoris Chriſti,quem optat Moyſes,Exo.4.& 32.de quo, Deutero.18.Poſt 12.iudices erectum eſt regnũ Dauid, quod eſt regnum Chriſti, Luc.1. Dabit ei Dominus ſedem Dauid patris eius, Eſa.9. & Hiere.23. Quare Chriſtus elegit alios duodecim iudices, Matth.19.

Exod. 15. Geneſ. 15. Dani. 4. Rom. 1. 3. & 9. Heſt. 7. Exo. 9. 15. Deutero. 4. Rom. 9. Exod. 3. Roma. 3. Exod. 32. 3. Reg. 12. Iudic. 3. Exo. 4. & 32. Deut. 18. Luc. 1. Eſa. 9. Hier. 23. Matth. 19.

Sedebitis ſuper ſedes 12. iudicantes, &c. En 24. Iudices quos ſeniores vocat. Ioan.
Apo.5.& 7. Apoc.5. & 7. Iſti 12. poſteriores, videlicet apoſtoli, non ſunt vſi gladio vt priores,
Luc.22. Luc.22. Sinite vſque huc: id enim temporis, venerat qui naſciturus erat ex illo ſemine, quod non oportuit tunc defen-
Luc.22. dere materiali gladio, Luc.22. Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus
Matth.26. regnũ non armis, ſed paſſionibus. Matth. 26. Mitte gladium in locum ſuum. Hactenus placuit Deo priorum gladius materialis: Nunc autem ſpiritualis de quo
Ephe.6. Hebr.4. Ephe.6. & Hebr.4. Viuus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Pugnauerunt quondam in maximis periculis & diſcriminibus cum pau
Iudic.7. Deute.28. & 32. cis, Iudic.7. & Deute.28. & 32. Vnus perſequebatur mille. Plus tamen fide & oratione euaſerunt victores, quàm armis. Il-
Eſa.7. las victorias fecit Chriſtus per ſuos, Eſa.7. Voca nomen eius, accelera, ſpolia, &c. Priuſquã enim naſceretur de matre Chriſtus, vicit in Dauid cui factà promiſſio: ídque ſine auditione quę per nullum peccatum Dauid, vel poſteriorum, potuit impediri quo minus ſtaret Dominus ſuæ

pollicitationi, Pſal.50. Iuſtificeris in ſermonibus tuis & vincas cum iudicaris. Sic promiſſiones Abrahę, Iſaac, & Iacob quas vrget Moyſes, Exo.32. Oſtenditur enim Deus iuſtus, Rom.1. ex fide promittentis, in fidem eius qui promittenti credidit. Propter hanc promiſſionem cum diabolus redintegraſſet bellum cœptũ, Exo.32. In adoratione vitulorum, idque tempore Hieroboan: Chriſtus qui tunc per ſuos certabat contra Satanam, donec in propria conficeret illũ, amandauit ſuos prophetas gladio verbi Dei armatos. 3.Re.11. 12.16. 1.Paral.24. & 36. de quibus Chriſtus Matth.21. Quomodo miſſi hora, prima, tertia, ſexta, vndecima, &c. Vnde Iehu primus occiſus eſt pro verbo Dei, & Anani, 2.Paral. Deinde miſſi Helias, & Heliſæus, & alij prophetę. 3. & 4. Reg. penè innumeri. Patiebatur enim tunc grauiſſimũ bellum eccleſia Dei, ob Achab, & Hiezabel, qui fermè obliterarant cultum Dei, quãdo miſſus Helias: cuius genealogia non legitur, ſicut nec Melchiſedech, Hebr.7. Venit cum potentia verbi, & miraculorum, quæ ſunt duo præcipua: qui poſtmodũ ceu triũphans per currum igneum

Pſal.50. *Exod.32.* *Rom 1.* *Exod.32.* *3.Reg.11. 12.16.* *1. Para.24. & 36.* *Math.21.* *2.Paral.16.* *3.Reg.16.* *Heb.7.*

4.Reg.2. raptus eſt in cœlum, 4. Reg.2. Cui ſuffectus eſt Eliſæus, cum illo duplici ſpiritu prophetiæ videlicet,& miraculorum.Itaque cùm Elias operatus fuiſſet octo miracula, iſte vſque ad 16. deuenit. Vix nacta erat eccleſia Dei minimùm pacis, & ecce tibi de repentè ſuſcitat diabolus
4.Reg.11. Athaliam,4. Reg.11. ad extinguendũ totum genus Dauid, à quo Chriſtus orituтus erat, A 10. tribubus deuenit cultus Baal, in domum Dauid. Quo factum eſt, vt ſæuierit ira Dei & in Athaliam, & in domum Dauid, iuxta verbum Domini.
Pſal.88. Pſal.88. Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudiciis meis non ambulauerint, viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: miſericordiam meam non diſperdam. Ab eo idcirco ſeruat Dominus do-
4.Reg.20. mum Dauid, 4.Reg.20. Quia autem Iſrael noluit audire prophetas Domini,ſed
3.Reg.19. occidit,3.Reg.19.Prophetas tuos occide-
Matth.23. rũt, & altaria tua ſuffoderũt,&c.Matt.23. Hieruſalem quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt: Exinde ſubſecuta eſt captiuitas illa Babylonica, 70. annorum in qua tamen ob promiſ-

ſionē illam de Chriſto, miſſi ſunt ad eos Prophetæ ad conſolandum populũ, promittentes reductionem, & propinquum aduentum filij Dei, Dan.9. Agge. 2. & Malach.3. Omnia enim beneficia illi populo pręſtita à Deo, angelis, aliiſque creaturis propter Chriſtum naſciturũ ex eis præſtita ſunt. Bella etiam Satanæ contra illum populum fuerunt ob cultum Dei, ſed præcipuè propter Meſſiam ne in eo benedicerentur omnes gentes, & periret fides promiſſionis factæ à Deo, Gene.3.& Abrahæ, 15. & 22. Non potuit tamen impediri propoſitum Dei, Rom.8. quos pręſciuit, & prædeſtinauit vocauit, & iuſtificauit, &c. ídque per vnum Chriſtum. Non deſtitit interim Satanas noua ſuſcitare bella. Exciuit contra populum Dei quatuor monarchias: cōtra mēbra Chriſti (inquàm) & in quibus ille patiebatur: at non potuerunt eum delere, quinimò in omnibus his quatuor monarchiis fuit cognitus Deus. Pater ex Nobucodon. Cyro, Alexan. Octauiano, qui etiam contulerunt illi populo plurima beneficia. Meditatur iterũ diabolus nouum genus belli: procurat enim cōbuſtionem tem-

Dan.9. Agge.2. Malach.3. Gene.3. 15.& 22. Rom.8.

pli, legis, ciuitatis, item grauiſſima bella tempore Machabæorũ. Demum, vt alienaretur populus à vero cultu Dei, ſuaſit duo fieri templa, vnum in Ægypto, ab Onia, fauore Ptolomęi & Cleopatrę, ambitione Oniæ, qui pro ſe adducebat ſcripturam, Eſa.19. quòd altare Domini debebat eſſe in Ægypto. Id videre eſt ſecũdo Machab. & lib.12. cap.6. antiquitatũ Ioſephi. Confluxere innumeri Iudæi ad eum in Ægyptum, quemadmodum noſtri Leuiculi Chriſtiani ad eccleſias hæreticorum, & ſciſmaticorum: & durat illud templũ ad Veſpaſianum vſque. Haud ita multò pòſt, tempore Alexandri, ad obliterandum verum Dei cultum, extructum eſt aliud templum in monte Garizin, quod in fauorem generi ſui Manaſſę fratris Iaddi ſummi ſacerdotis, ædificat Senaballa Satrapa Ethnicus, ſub Dario, & Alexandro gubernator Samarię, & regionis vltra Iordanem quam Bataneam vocant: de quo templo Ioan.4. Patres noſtri in monte hoc adorauerunt: pro ſe enim citabant ſcripturam, quòd patres illorũ illic adorauerant. Vnde variæ cõtentiones in populo Dei: quemadmodũ

Ioſeph 11. antiquitat. ca.7. & 12. cap.1.

obtigit diebus noſtris nephaſtis magno eccleſiæ diſpendio, inter catholicos & hæreſiarchas, qui pro ſe adducunt etiam ſcripturam, quēadmodum & Samaritæ, & aſſeclæ Oniæ, de quo ſuprà. De his cōtentionibus hoc tēporis exortis, Dan.11. Verumenimuerò templum Hieroſolymitanum tantùm Deo probatū, vbi completæ promiſſiones de Chriſto, Eſa.2. Agge.2. Malach.3. Ecce ego mitto angelum meum, qui præparauit viam, &c. Et ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum dominator, quem vos quæritis. At illuceſcente Euangelio, Ioann.4. Venit hora quando neque in monte hoc, neque Hieroſolymis adorabitis. Poſtrema autem bella Satanæ, quę pręceſſerunt aduentum Saluatoris Chriſti, contra quem ſuſceperat bellum Satan, in membris Chriſti, & corpore ſuo myſtico, fuerunt longè grauiora prioribus: quemadmodum & certamina Eccleſiæ ante reditum Chriſti in hunc mundū: Suggerit enim antiquus ille hoſtis populo Dei, vt ineat fœdus cum Romanis. 1. Mach.7. diffidens de Dei auxilio, qui demum cita morte ſublati ſunt: Vide Dan.7. Vnde parum durat regnum

Dan.11.

Eſa.2. Agge.2. Malach.3.

1.Mach.7.

Dan.7.

eorum, ſed capitur à Romanis tempore Pompeij: ſub qua captiuitate adhuc degunt ſub quarta illa Monarchia Romanorũ, quæ illa eſt beſtia terribilis, de qua Daniel. 7. ſub ea interim repleta ſunt omnia myſteria de Chriſto, tunc ablatum ſceptrum, Gene. 49. Eſa. 11. Libanus cum excelſis cadet, id eſt ſceptrum per Herodem ob diſſidia. Ioan. & Ariſtoboli fratrum, qui nactus regnum, quãtum potuit, deleuit domũ Dauid regiam, imò ſacerdotalem, quæ erant iunctæ. Audierat ſiquidem nouum regem venturum de domo Dauid, qui reſtitueret & domum, & regnum Dauid. Eſa. 9. & Am. 9. Trucidauit enim ille tyrannus vxorem ſuam Mariamnem, ex tribu Leui, cum Alexan. & Ariſtobolo, quos genuerat ex ea, timens regno ſuo. Deinde ſæuit in Chriſtum, & propter eum in pueros. Idque Cæſaris authoritate, qui non eſt expers tam immanis ſceleris. Matth. 2. Tandem Chriſtus ſub Rom. paſſus eſt, Luc. 18. Matt. 20. & 26. Hæc autem bella à principe Satana intentata ſunt, nedum in mẽbra Chriſti, Quinimo in ipſum Chriſtum. Is autem Herodes vt leniret conſcientiam ſuam,

Dan. 7. *Gene. 49.* *Eſa. 11.* *Eſa. 9. & Am. 9.* *Matth. 2.* *Luc. 18.* *Matth. 20. & 26.*

tot poſt cædes, & vt æquaretur in gloria Dauid & Salomoni, ſumptuoſiſsimè ædificat templũ ex rapinis, quæ fuit vna cauſa ruinæ templi. Matt.24. Non relinquetur lapis ſuper lapidem. Demum timens ſuo regno Diabolus, ſuſcitat contra Chriſtum Cæſarem, Herodem, Phariſęos, Scribas, Saducæos & Senatum quem vocant Hebræi Sanedrin, demum totum imperium Romanum, & decem imperatores. Inuadit etiamnum Chriſtũ Matt.4. Demum Luc.22. Vnde dicit Chriſtus: hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum: ſed volens Dei conſilium impedire, promouit ſuo inuento ſibi malum, accerſiuit vſque antehac de bellis diaboli tam in Eccleſia cœleſti cùm eſſet militãs, in qua perſecutus eſt Chriſtum angelorũ caput. ad Col.2. & Eph.12. Demũ de bellis contra Eccleſiam Chriſti adhuc peregrinantem, & certãtem in terra, in quibus etiam perſequebatur Chriſtum. Apoc.12. Nunc exponendum eſt de regno Satanæ, quod ſuis bellis nactus eſt, à quo pulſus per Chriſtum.

Matth.24. Dan.7. Matth.4. Luc.22. Coloſſ.2. Epheſ.12. Apoc.12.

CAP. 9.

De regno diaboli quod ſuis victoriis conſecutus eſt à quo pulſus per Chriſtum.

POſtquàm autem Michael nactus eſt victoriam cum ſuis aduerſus Satanam, ſuſcipiens cauſam Chriſti, cũ adhuc illa angelica eccleſia eſſet viatrix & militans, donatus eſt principatu ſuper reliquos angelos. Vnde dicitur archangelus. 1. ad Theſ. 4. & Iudæ cap. vnic. præcipuè verò ſuper angelos adminiſtratores eccleſiæ Dei, cuius eſt princeps & πρόμαχος Dan. 10. & 12. pro qua aſſiduè certat cum illa militia cœleſti quæ exercitus Dei vocatur. Ideo dicitur Dominus Deus Sabáoth. Eſa. 1. & 5. Hierem. 11. & Iacobi 5. Hos angelos Michael regit, non ſuis legibus, ſed Dei legibus (inquam) charitatis, quæ docent diligere Deũ & totis conatibus promouere eius gloriam, vt ille & cognoſcatur & adoretur. Idcircò per eos data lex. ad Galat. 3. factæ reuelationes, & miracula per quos etiamnum proteguntur, præcipuè prædicatores verbi Dei, vt patet in prophetis,

1. Theſ. 4.

Iudæ cap. vnic.

Daniel. 10. & 12.

Id eſt exercituum.

Eſa. 1. & 5. Hiere. 11.

Iacob. 5.

Galat. 3.

apoſtolis, aliiſque euangelizantibus verbũ Dei. Prætereà lege charitatis ad proximum, vt per eos deducantur homines ad ſalutem illorum protectione, illuminatione,& victoria de hoſtibus malignis. hinc Luc. 15. gaudium eſt angelis ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Expende cum quanta lætitia deducunt lazarum ad ſinum & quietis & conſolationis. Luc. 16. Omnes etiam qui vicerunt cum Michaele, dominantur ſpiritibus nequam, ceu captiuis eorum. 2. Petri 2. A quo quis ſuperatus eſt, eius & ſeruus eſt. Vnde minimus angelus beatus, plus poteſt quàm omnes angeli nequam. At quemadmodum Michael factus eſt princeps angelorum bonorũ, ſic primus angelus nequam & Satan, princeps eorum qui ſibi adhæſerunt. Vnde Lu. 11. In Belzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia de cuius principatu Eph. 2. & 6. inde dicitur Pluto, & princeps inferni. Non fuit ei ſatis angelis dominari, quinimo molitus eſt dominari mundo. Vnde dicitur princeps mundi. Ioan. 12. 14. & 16. & deus huius ſæculi. 2. ad Corint. 4. non creatione, vt ſomniat Manichęus, ſed per-

3. Reg. 19. 4. Regũ 6. Actuũ 5. 8. & 12.

Luc. 15.

Luc. 16.

2. Petr. 2.

Luc. 11.

Epheſ. 2. & 6.

2. Cor. 4.

mittente Deo, captiuans enim primum
Gene.1. hominem, qui erat rex & princeps huius
mundi. Gene.1. ſubiicite, terram & do-
Pſal 8. minamini, & Pſal.8. gloria & honore co-
ronaſti eum, & cõſtituiſti eum ſuper ope-
ra manuum tuarum. Vnde per eam victo-
riam factus eſt princeps & Adæ, & ſuorũ.
2.Petr.2. 2. Pet. 2. à quo qui ſuperatus eſt, eius &
Ro.5.& 6. ſeruus eſt. Idem Rom.5. & 6. vltra autem
illam inſignem victoriam cõtra primum
hominem conatus eſt tribus exercitibus
totum ſubiicere mundum de quibus pri-
1.Ioan.2. mæ Ioannis 2. Omne quod eſt in mũdo,
aut eſt concupiſcentia carnis, aut oculo-
rum, aut ſuperbia vitæ. Primus exercitus
Matth.6. dicitur manmon, id eſt auaritia. Matth.6.
Leuit.16. ſecũdus Azazel, de quo Leuit.16. vbi nos
habemus caper emiſſarius, per quem no-
tatur ſuperbia. Tertius Aſmodęus de quo
Tob.3. Tob.3. per quem luxuria, deduxerat etiã
Rom.1. mundum, ad idololatriam, Rom.1. & Sa-
Sapient.14. pient.14. per quam honorem ſibi arroga-
rat diuinum, cogebat homines ad immo-
Euſeb. & lãdum ei filios ſuos, ex Euſebio & Pſ.105.
Pſal.105.
& Ezec.18. & Ezech.16. Plurimæ etiam ciuitates im-
molabant homines idolis, vt Rhodij. Itẽ
apud Salaminam & Heliopolim: ex Eu-

ſebio & Maineto Ægyptio hiſtorico. Itidē fiebat in innumeris locis, ex Dionyſio halicarnaſſeo & Diodoro Siculo. Quod etiam fiebat in noua hiſpania ante receptum euangelium ab hinc 40. annos. ſed cum omnis princeps debeat ſuas habere leges, quibus cōtineat populum ſibi ſubditum, habet diabolus legem carnis, de qua Rom. 7. & ad Galat. 5. Nam vt lex quę eſt gratia, agit filios Dei, Ro. 8. ſic ille impetus ſenſus carnis filios diaboli. Idque ex iuſtitia Dei, vt ſint ſimiles iumentis. Pſal. 48. qui voluerunt eſſe ſimiles Deo, Gene. 3. Illa lex pugnat cum lege ſpiritus Rom. 7. ad Gal. 5. quæ dicitur lex carnis, lex mēbrorum, lex peccati cōtraria Deo eiúſque legi, cuius ſtipendiū mors. Ro. 6. Deus enim per ſuam legem quęrit fidem, & obedientiam ſed lex diaboli diffidentiam & rebellionem ſub ea lege concipimur, naſcimur, viuimus, donec regeneremur, Rom. 7. Quis me liberabit à corpore mortis huius? gratia Dei per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. & 8. Lex ſpiritus vitæ liberauit me à lege peccati. Protoparentes dono iuſtitiæ poterāt cognoſcere Deum & ſeruare legem, erant

Diodorus.

Rom. 7. Galat. 5. Rom. 8.

Pſal. 48. Gene. 3. Rom. 7. Gala. 5. Rom. 6.

Rom. 7. & 8.

Deo obedientes, & illis omnia ſubiecta
Luc. 3. vt filiis Dei. Nam, Luc. 3. de Adam dicitur
qui fuit Dei, ſcilicet filius ſed relicto Dei
mandato, diabolus princeps tenebrarum
offudit tenebras obſcuriſſimæ notitiæ
Dei, quod patuit in Cayn negante prouidentiam
Dei. Iudicium aliud ſæculum,
&c. vt patuit ſuprà. En percuſſio in intellectu.
In voluntate autem loco charitatis
Dei percuſſus eſt amore ſui, & rerum
mūdi à lege Dei pertractus eſt ad legem
concupiſcentiæ vnde ſecuta rebellio in
ſenſu carnis contra voluntatem & inobe
Sapient. 5. dictiam omniū creaturarū. Sap. 5. Armauit
omnē creaturam in vltionē inimicorū.
Rom. 5. & 6. Vitę immortali ſucceſſit mors. Ro. 5. &
1. Cor. 5. 6. 1. ad Cor. 15. amori ſucceſſit timor nō filialis
ſed ſeruilis quodam odio coniunctus,
vice fidei dubitatio de Deo eius
prouidentia miſericordia & iuſtitia. Illud
regnum diaboli latiſſimè patet munitum
potentia. Imperatorum regum, &c. ſapientia
philoſophorū, poetarum, oratorum
longè plures habens quam regnum
Matth. 20. Dei. Matth. 20. Multi ſunt vocati, pauci
Matth. 7. ſunt electi. & 7. lata eſt via quæ ducit ad
perditionē & multi ſunt qui ingrediuntur per

tur per illam. Vide tempore Iſraelis prophetarum Apoſtolorum, &c. Vnde Auguſtinus de vero cultu, Credo tres partes mundi fore damnandas. Illud tamen regnum nō conſtat hominibus liberis, ſed extremæ ſeruitutis: de qua fuſiſſimè ſequenti capitulo.

De miſera hominis ſeruitute ſub regno & tyrannide diaboli. CAP. 10

TAntum eſt bonum libertatis & ineſtimabile, vt multi prętulerint vitæ propriæ. Vnde ex Oroſio lib. 4. regina Carthaginis cum præcipuis ſpōte proſiliit in ignem, ne fieret captiua Romanorū. Hæc fuit præcipuè cauſa quòd ſtrenuè & indefeſſè certauerint Romani non parcentes neque laboribus, neq; vitæ ex Auguſt. de Ciuit. &c. Cicero & Iuriſconſulti arbitrātur poſtremum omnium malorum ſeruitutem, quam comparant morti. Illā fugiunt animalia, aues, & quicquid habet vitam. Vide Gen. 15. quādo reuelata ſeruitus Ægyptiaca Abrahæ qualis cum horror inuaſerit. quot clamores illius populi in illa dura captiuita-

Auguſt. de ciuit. Dei.
Cic. 2. philippic. & de Nat. Deor.
Iuriſcon. in l. ſeruitutem ff. de reg. Iur.
Gen. 15.

Exod.3. te Pharaonis, Exod.3. De captiuitate au-
Pſal.136. tem Babylonis Pſal. 136. Super flumina
Babylonis illic fleuimus, & ſedimus in ſa-
licibus: in medio eius ſuſpendimus orga-
na noſtra. Quam etiam complerant vita
Hierem.31. defuncti, ſecudum Hebræos Hierem. 31.
Vox in rama audita eſt, Rachel plorans
filios ſuos tranſeuntes iuxta ſepulchrum
eius cum adducerentur in Babylonem.
Ea tamen captiuitas tantum corporum
erat. At per diſ. dia.paſſon longè grauior
eſt captiuitas ſpiritualis, & quantò perſo-
na eſt magis libera, dominans cæteris, tã-
to grauior eſt ſeruitus. Homo autem ex
ipſo ſuo primordio, liber erat à peccato,
omni miſeria, imò omni ſeruitute quæ ex
Gen.9.& 19.de Ciuit peccato primùm orta eſt, Gen. 9. & 19.
de Ciuit. Erat præterea mundi rex, hæres
omnium, ceu filius Dei, cui omnes crea-
turæ obediebant, cui ſeruiebant angeli,
Hebr.1. Hebr. 1. Omnes ſunt àdminiſtratores ſpi
Pſal.90. ritus &c. & Pſal.90. Angelis ſuis manda-
uit de te, ſed per peccatum, redactus eſt
Rom.5.& 6 in extremam ſeruitutem Rom. 5. & 6. &
2.Petr.2. 2. Petri 2. Et nos ex tali patre ſeruo nati
Exod.21. ſerui Exod. 21. Filij ſeruorum erant ſerui:
Ephеſ.2. Præterea eramus filij iræ ad Eph. 2. Præ-

ter illam autem ſeruitutem paternam, vẽdideramus noſmet ipſos diabolo, Eſa. 50. in iniquitatibus veſtris venditi eſtis, Ambroſius de vita beata, Voluntarium ſeruum ſibi diabolus auctionatur: neminẽ iugo ſeruitutis aſtrictũ poſſidet, niſi ipſe ſe prius ei, peccatorum ære, vendiderit. Illud autem æs eſt delectatio peccati. De illa ſeruitute 2. ad Timoth. 2. Captiui tenentur ad eius voluntatem. Enimuerò ſeruus non eſt dominus ſuæ voluntatis, ſed eius dominus. Ideo faciunt quod ſuggerit diabolus, ex Auguſt. captiui ſunt extra patriam ſuam ad exequendã volun tatem eius. Permaximè autem dominatur iis, qui ſunt in erroribus Epheſ. 2. & Coloſſ. 2. Operatur in filios incredulitatis. Idcirco dicitur princeps tenebrarum, Eph. 2. 4. 5. 6. & Luc. 22. id eſt infideliũ & hæreticorum. Et cum ille ſit omnibus hominibus fortior, Iob. 41. & Luc. 11. Nõ eſt quiſquam qui poſſit eripere hæreticũ de manu eius niſi intercеſſerit magna Dei potentia 1. Pet. 4. & 2. Pet. 2. Vnde de deſertoribus fidei Luc. 11. aſſumit ſeptem ſpiritus nequiores ſe, id eſt multos, & ingreſſi habitant ibi, & ſiunt nouiſſima pe-

Eſa. 50. *15. quaeſt. 1. Non eſt.* *2. Timoth. 2* *Eph. 2. & Coloſſ. 2.* *Eph. 2. 4. 5. 6.* *Luc. 22.* *Iob. 41.* *Luc. 11.* *1. Pet. 4.* *2. Pet. 2.* *Luc. 11.*

Hebr.6. iora prioribus,Heb.6.Impoſsibile eſt eos qui ſemel illuminati ſunt, &c. & prolapſi ſunt rurſum ad pœnitentiam reuocati. Atqui quẽadmodum Chriſtus fide vnit ſibi ſuum corpus myſticum, & eius mem bra, ſic diabolus infidelitate & corpus & membra ſua, vt ſit communicatio idiomatum. Quare dicitur diabolus homo.

Matth. 13. Pſal. 51. Ioan.6. Matth.13. & Pſal.51.& homo nequam dicitur diabolus Ioan.6.vnus ex vobis diabolus eſt, ſcilicet Iudas.Illa enim ſeruitus duriſsima eſt primùm quia tyrannus fortiſsimus eſt Iob.41.& Luc.11.Eſa.49.Nũquid tolletur à forti, præda? ſolus enim Chriſtus potens eſt, ad vindicandum à tali ſeruitute, Eſa. 9. Matt.12. & Coloſſ.1. & 2.Siquidem ad hoc quod emergamus tali ſeruitute, opus eſt pœnitentia, quæ à Deo eſt 2. ad Timoth. 2. Si forſan det illis Deus pœnitentiam & reſipiſcant à laqueis diaboli: opus eſt etiam fide dono Dei qua vincitur,1.Pet.5. cui reſiſtite fortes in fide.Ideo ei ſupra modum aduerſatur, & molitur multifariàm ſubuertere. Vnde Luc. 22. Satanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum: ego autem rogaui pro te vt non deficiat fides tua.Secun-

Iob 41. Luc.11. Eſa.49.4 Eſa. 9. Matth.12. Coloſſ. 1. & 2. 2.Timot. 2. 1.Pet. 5. Luc. 22.

dò immanis eſt illa ſeruitus. Quandoquidem ille tyrannus eſt inimicus noſter, μισάνθρωπος ἀδιάλλακτος, hominum irrecõciliabilis hoſtis, qui (ex Gregorio) nullo placatur obſequio, ἄγναμπτος, nullam dans ſuis requiem, Trenor. 3. Laſsis non dabatur requies, Hiere. 16. Seruietis diis alienis qui non dabunt vobis requiẽ die neque nocte. Primò affliguntur ſui hîc inopia Pſal. 33. Diuites eguerunt, & eſurierunt Luc. 15. Is qui profectus fuerat in regionem longinquam cœpit egere. Tametſi inopia huius ſæculi minima eſt prout eſt alia vẽturi ſæculi Luc. 16. & Eſa. 65. Serui mei comedent, & vos eſurietis. Adhæc ſunt ligatis manibus & pedibus in carcere. Matth. 18. & 22. Adde quod is tyrannus non eſt proximus noſter. Nam Luc. 10. dicitur proximus qui poteſt præſtare miſericordiam, vel cui poteſt præſtari: quorum neutrum pertinet diabolo Vnde Gregorius, Stultũ eſt offenſo Deo, ſeruire diabolo, qui nullo placatur obſequio: cui quantò plus homo ſeruierit, tantò amplius eum torquebit. Is ſæuiſsimus tyrannus non contentus patribus, iubebat filios immolari Deu. 32. Pſal. 106.

Hierem. 1 *Pſal. 33.* *Luc. 15.* *Luc. 16.* *Eſa. 65.* *Matth. 18. & 22.* *Luc. 10.* *Deut. 32.* *Pſal. 106.*

Ezech.16. Ezec.11. Ezech.16. Eze.11. Agamenon immolauit filium proprium, vt haberet ventos ſecũdos. Pyrrhus immolauit Aſtyanactem filium Hectoris, ad ſepulchrum Achillis. Suſcitabat bella, vt impleretur infernus, Oenomanus philoſophus & orator græcus, libro de falſitate oraculorum, cùm Athenienſes premerentur fame ob necem Androgæi, conſulunt Apollinem, qui iuſſit vt ſingulis annis mitterent ſeptẽ mares & tot fœminas in Cretam, ſacrificandas. Expende quæ turpia eo ciente committebantur in feſtis Veneris, Priappi, Bacchi: quæ in ludis ſcænicis inuexerũt etiam peccata innaturalia, de quibus, Rom 1. Rom.1. & cõſulunt. Illud autem regnum ſuper genus humanum, non eſt nactus diabolus ſuo merito, ſed quoniam homo illi cõtra legem Dei conſenſerat, Dei iuſto iudicio factus eſt captiuus ſub eius tyrãnide: quemadmodum Nabuchodon. ſua mala voluntate ſubiecit populũ Dei, qui tamen ex Dei iuſtitia merebatur eſſe ſubiectus & Dominus volebat illi ſolui tributum: quemadmodum & latro ſoluit lictori. Quapropter non erat faciendum ſatis illi tortori vt eximeremur illa ſerui-

tute ſed Deo, qui donec pendamus peccati debitũ nos ſubiecerat illi, quod nunc perſolutum eſt à Chriſto.

Quomodo Chriſtus debellauit Satanam, & expulit à regno ſuo. CAP. II.

IMperatores poſt inſignes ſuas victorias & triũphos, curarunt habere qui ſcriberent eorum prælia & victorias Herodotũ, Homerum, Iuſtinum, Titum Liuium, Suetonium, Valeriũ, Eutropium: ſcriptura autem tam veteris quam noui inſtrumenti, tanquam vnum ex præcipuis myſteriis Meſſiæ, exponit & bella & victorias Meſſiæ, de quibus fuſiſſimè Ezech. 38. 39. Zac. vltimò, & Soph. 4. & Dauid, Pſal. 71. Vnde bella veteris teſtamenti, de quibus in lib. Moyſi. Iudicum & regum, adumbrabant bella & triumphos Chriſti, per quæ liberati ſumus maximè à peccato, Pſal. 71. & 129. Siquidem anima potior eſt corpore & bonis, quæ mũdus poteſt ſibi ſubijcere tyrannide. Attamen liberatio à ſeruitute iſtorũ corporalium plurimùm confert ad libertatem animæ: Quomodo (in-

Ezec. 38. 39. Zach. vlti. & Soph. 4. & Dauid Pſal. 71.

Pſal. 71. & 129.

quit) cantabimus canticum Domini in
136.& pſal. 105. terra aliena? 136.& Pſal.105. Salua nos domine Deus noſter, & congrega nos de nationibus, vt confiteamur nomini ſancto tuo & gloriemur in laude tua. Vnde Rabbi Moyſes ben Maimon in ſuo Deutero.tit.de pœnit.c.9.dicit,quod etiam liberatio corporalis, facit ad ſpiritualem à peccato, de qua numeri 23. Liberabit filios Seth,id eſt,omnes filios Noe,qui fuit ex Seth, Propter hoc (inquit) deſiderarũt Iſrael & Prophetæ & ſapientes eorũ, dies Meſſię,vt quieſcant à ſubiectione regnorum nequam, quæ dimittant Iſrael, vt laboret in lege & præceptis & inueniatur in eis requies & multiplicẽt iuſtitiam per quam mereãtur vitam futuri ſeculi.Idem fermè dicit titulo de regibus & bellis eorum cap.vlt.tempore(inquit)Meſſiæ non erit bellum, fames, zelus, &c. ſed omnia in abundantia vt nullam habeant curam niſi cognoſcendi Deum.Idcirco Meſſias debet vincere omnes nationes gentium, & educere Iſrael ab earum ſubiectione.
Exod.15. Dominus enim diciturvir pugnę.Exo.15.
1.Reg.17. In cuius nomine, 1.Reg.17. Dauid deuicit Goliath: quod quidem nomem com-

municauit Meſſiæ ex lib. Sanedr. cap. Zach.1. vir ęquitans, &c. Attamen oppo- *Zach.1.* ſitum eius quod dicit iſte Rabbi, patet in rerum natura. Diuitiæ enim & pax temporalis potius dant occaſionem peccati, Deuteron.8.& 32. impinguatus, dilatatus *Deute.8.& 32.* incraſſatus recalcitrauit, idē prouerbiorum 20. Quod autem Meſſias non ſit vēturus vi armorum corporalium, Eſa.42.& *Prouer.20.* *Eſa.42.&* Matth.12. Non contendet, neque clamabit, &c. Zach.9. Ecce rex tuus venit tibi *Matth.12.* *Zach.9.* iuſtus ſaluator, & ipſe pauper in ſecundo quidem aduētu liberabit ab omnimoda ſeruitute & peccati & miſeriæ. Tūc enim adimplebitur quod tantoperè poſtulamus, Matth.6. Libera nos à malo, Iudæi *Matth.6.* enim confundunt formam primi aduentus & effectum illius de quibus Eſa.42. Zac.9.& Dan.9. cū forma ſecūdi aduentus glorioſa de qua, Ezec.39. Dan.9. Zac. *Eſa.42.* *Zacha.9.* 9. Sophon.4. Matt.16.24.& 25. Luc.21.& *Dan.9.* 1. ad Theſſal.4. Cuius effectus eſt iudica- *Ezech.39.* *Dan.9.* re & animaduertere in rebelles tā ex ho- *Zacha.9.* minibus quam angelis. In primo autem *Sophon.4.* aduentu quoniam apparuit vt diſſoluat *Matth 16. 24.& 25.* opera diaboli, prouocauit eum ad ſingu- *Luc.21.&* lare certamen, Matth.4. qui habuit legiti- *1. ad Theſ.4* *Matth.4.*

mam cauſam pugnandi contra immaniſ-
Deuter.32. ſimum hoſtẽ Dei, qui arrogabat ſibi cul-
Pſal.95.& 106. tum & adorationem Deo propriã Deut.
32.Pſal.95.& 106.vt vellet etiam ſe adora-
Matth.4. ri à Chriſto Matth.4.Item erat hoſtis hu-
mani generis quod fraude captiuaſſet.
Priuſquam autem congrederentur,Chri-
ſtus, tanquam per feciales, ore prophe-
Gene.3. tarum denunciauerat ei bellum, Gene.3.
Pſal.71. Pſal.71. Et is ipſe Chriſtus Ioannis 12.quẽ
Ioan.12. Matth.4. ipſe diabolus adortus eſt in deſerto,Mat.
4. tribus certaminibus voluptate ſcilicet,
ſuperbia & auaritia, primùm deuicit ver-
Matt.10. & 16. bo damnans omnem voluptatẽ,Matt.10.
Luc.16. & 16.& Luc.16.prædicátque crucem,Lu.
Luc.21. 21. Superbiam autem humilitate deuicit
Luc.1.18. Matt.23. quã etiam prædicat, Luc.1.18.& Matt.23.
Mat.6.& 8 auaritiam contẽptu diuitiarum,Matth.6.
Ioan.14. & 8. Certatũ in morte iuſſu patris.Ioã.14.
ſicut mandatum dedit mihi pater, ſic fa-
cio,ad hoc miſſus vt ſuis vulneribus con-
ſequeretur victoriam nouo pugnandi ge
nere: nam nobile vincendi genus eſt pa-
Eſa.53. tientia, Eſa.53.propter ſcelus populi mei,
&c. Vicit nullo ſpirituali vulnere rece-
Ioan.14. pto Ioan.14. venit enim princeps, &c. &
in me, non habet quicquam. Siſtitur an-

te tribunal patris in horto, cruce: item coram Pilato, Herode, Iudæis & ab omnibus declaratur innocẽs à Pilato, Hærode, vxore Pilati, Iuda centurione, latrone, à flentibus eum, denique à percutientibus pectora ſua declaratur iuſtus, Act.2. & 3. Dicunt Apoſtolis quid faciemus fratres? Vnde victoria Chriſti, dicitur Dei, Eſa.9. Sceptrum eius ſuperaſti ſicut in die Madian, Iudic.7. At dices cùm victoria (ex Auguſt.) ſit repugnãtium ſubiugatio, quomodò ſua morte vicit Chriſtus, nam bellatores diſſentiunt & Chriſtus volebat ſuam mortem item pater & diabolus & Iudæi: reſpondetur quòd is bellat & militat qui ſuis laboribus, ſudoribus, fatigationibus & cæteris id genus, opus alterius conatur deſtruere & eum extra poſſeſsionẽ exigere, quod plerunque contingit prudentia, arte, ſtrategemate, bonóque dolo contra hoſtem qui meretur illudi & falli, qui ſæpius proprio gladio iugulatur, & capitur laqueo, quẽ aliis parauerat, vt Aman Heſt. 7. & licet iidem voluerint, non tamen eadem intentione. Vnde quæ Chriſtus & paſſus eſt in vita & morte, eò ſpectabant, vt diſ-

Act.2.& 3.

Eſa. 9.

Iudic.7.

Heſt.7.

ſolueret opera diaboli & ſatisfaceret iuſtitiæ diuinæ. Qua ſatisfactione deleuit & vicit peccatum, delens chyrographum
Coloſ.2. decreti ad Coloſſ. 2. & omnia quæ conſequuntur peccatum, diabolum videlicet, mortem, infernnm & mundum dia-
Ioan.16. boli regnum, Ioan.16. Confidite, ego vici mundum. Præterea tanquam mediator
1.Tim.2. Dei & hominum, 1.ad Timoth.2. conciliauit nobis patris amicitiam, vnde dici-
Eſa.9. tur princeps pacis, Eſa.9. Triumphauit enim Chriſtus non violentia, & dominatu, ſed lege iuſtitiæ, veritatis & ſapientiæ, vt iam nō valeat poteſtas Satanę in hominē reum mortis, eo quòd interfecerit hominem iuſtū Chriſtum videlicet. In quo nulla cauſa mortis, vt patuit cōfecto proceſſu. Vnde iuſtiſsima lege tenetur dimittere credentes in Chriſtū hominem quem iniuſtè occidit detinebat enim hominem captiuum tantum, vt executor diuinæ iuſtitiæ ob peccatū, quod erat cauſa propter quam dominabatur homini, & trahebat ad mortē: quare dicitur prin-
Hebr.2. ceps mortis, Hebr.2. & Sapient.1. Inuidia
Sapien.1. enim diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Quia tamen abuſus eſt ſua mortis

poteſtate in filium Dei innocẽtem & dilectiſsimum, Matth.3. &17. amiſit ſuam poteſtatẽ ſuper eos qui ſunt Chriſti membra, & corpus eius. In quibus olim regnabat per peccatum & infidelitatem, præcipuè ſuper Ethnicos. 2. ad Cor.4. & Epheſ.2.& 4. à quibus pellendus erat per Chriſtũ, qui debebat regnare ſuper eos. Gen. 49. Eſa. 11. 42. 49. Ozeæ 1. & 2. & Gen.22. In ſemine tuo benedicẽtur omnes gentes. Vnde Ioan. 10. Habeo alias oues quæ non ſunt ex hoc ouili, & eas oportet me adducere, & fiet vnum ouile, & vnus paſtor. Nam ex Iudæis & gentibus conſtituit vnam eccleſiam. ad Eph.2. tum dominium diaboli ſuper Iſrael ablatum erat poſt legem. Ideo ſerpẽs ſuſpenſus eſt. Num. 21. & Deus voluit dici Dominus Iſrael. De victoria autẽ, & triumpho Chriſti, Pſal.47. & Eſa.63. Vnde cantica iſtius triumphi decantantur in cœlo aſsiduè 5. 7. & 14. Apocal.

Matth.3. & 17.
Eph.2. & 4
Gen. 49. Eſa.11. 42. 49. Oſe.1. & 2. Gen. 22. Ioan. 10.
Epheſ.2.
Num. 21.
Pſal. 47. Eſa.63.

CAP. 12 *De armis, quibus vſus eſt Chriſtus in ſuo certamine contra Satanám.*

ARma, quibus vſus eſt Chriſtus non ſunt carnalia & huius ſæculi, ſicut nec bellum iſtud carnale eſt, ſed
2. Cor. 10. ſpiritualia: 2. ad Cor. 10. &
Epheſ. 6. ad Eph. 6. quãdoquidem corporale neutiquam agit in ſpirituale per contactum,
Epheſ. 6. inimici verò ſunt ſpirituales: ad Eph. 6. Ea autem arma duplicia ſunt. Quædam enim quibus vſus eſt ſemel in carne ſua mortali, quæ fuerũt eius caro & ſanguis, tota denique natura humana aſſumpta, omniáque membra ipſius quibus tanquã inſtrumẽtis diuinitati vnitis, vicit & eiecit diabolum, ab his qui volunt eſſe milites ſub Chriſto. Poſſumus etiam intelligere arma quibus vſus eſt in carne mortali, inſtrumenta paſſionis, crucem, clauos, lanceam, &c. quibus vſus exercens opus noſtræ redemptionis contra diabolum, quem deuicit, vt mereretur regnũ ſuper eccleſiam. Eſa. 9. Factus eſt principatus ſuper humerum eius, apprehendẽs arma & ſcutum, clauos, lanceam, coronã

quibus meruit apud patrem & manubias
diaboli diſtribuit. Luc. 11. Si autem for- *Luc. 11.*
tior illo ſuperueniens vicerit illum, vni-
uerſa vaſa eius eripiet, & ſpolia eius diſtri
buet. Abacuc 3. Cornua in manibus eius *Abac. 3.*
Hieronymus, Cornua in manibus ſunt
vexilla crucis,& trophæa. Ibi eſt abſcon-
dita fortitudo quando dixit: Deus Deus
meus vt quid dereliquiſti me? Ecce no-
uum regnandi modum. Alia ſunt arma,
quibus & nos vtimur ſub Chriſto, mili-
tantes videlicet, obedientia, humilitas,
paupertas, patientia, &c. Zach. 9. & ad *Zac. 9.*
Philip. 2. quibus armatus certauit, pro iu- *Philip. 2.*
ſtitia ad vſque mortem. Hæc ſunt quibus
vulnerauit ſuperbũ Pharaonem. Pſal. 88. *Pſal. 88.*
Vide ibi & victoriam,& gratiarum actio-
nem. Lucæ 1. Fecit robur per brachium *Luc. 1.*
ſuum. De his armis Pſal. 44. Sap. 5. Pſal. *Pſal. 44. Sapient. 5.*
90. Rom. 13. Fides, ſpes, charitas, patien- *Pſal. 90.*
tia, humilitas, cæteræque virtutes arma *Rom. 13.*
ſunt noſtri Imperatoris Chriſti, quibus
ineffabili modo mutat corda hominum
deſtruens arma diaboli in omnibus qui
ſub rege Chriſto militare ſtatuerũt Pſal. *Pſal. 45.*
45. Venite & videte opera Domini, &c.
auferens bella: arcum conteret, & con-

fringet arma, & ſcuta comburet igni. De
Lucæ 12. quo Luc. 12. Illo igni liqueſcit omnis armatura diaboli & conſumitur tumor, arrogantia, præſumptio de ſuis viribus, a-
Ioan. 4. mor ſui & huius ſæculi. Ioan. 4. Qui biberit ex aqua quam ego dedero ei, non ſitiet inæternum. Illa aqua eſt charitas, & amor: qui etiam dicitur ignis qui conſumpſit in Magdalena voluptatem, &c. Item ſicut membra Chriſti fuerunt eius arma, ſic noſtra, quibus debemus pugna-
Rom. 6. re aduerſus diabolum. Rom. 6. Exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ. Chriſtus abſtulit arma noſtra, quibus certabamus contra Deum, & fecit pacem cum Deo. Attamen reliquit nobis bellum aſſiduum cõtra diabolum, & regnum eius. Docuit tamen nos pugnare contra illum tyrannum iam victum & dedit ſua arma quibus cum oppreſſit. Siquidem in omnibus Chriſto regeneratis, victus eſt diabolus vt non dominetur ad interitum ſempiternum. Victus eſt, inquam, in his qui ſpiritum fidei ſuſceperunt, non tamen ligatus omnino, neque exactus extra fines eccleſiæ. Vnde perdius & pernox impugnat & inſidiatur, quia nondum eſt completa

pleta victoria, ſicut Iud. 3. relicti Chananęi in exercitiũ Iſraelitarum. Atqui quãdiu erimus in hac militante eccleſia, & campo certaminis, opus eſt aſſiduè pugnare. 1. Pet. 5. & orare ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo. Data eſt enim poteſtas tentandi nos. at in bonum noſtrum. 2. ad Timoth. 2. Non coronabitur niſi qui legitimè certauerit. Inceſſit nos ſiquidem per carnẽ, vt Adam per Euam. Geneſ. 3. quatenus auertatur mens à Deo per ſenſus internos externóſque, à quibus dependent operationes, intellectus, & voluntatis, quibus colitur Deus ſpiritu & voluntate, fide & amore: interim per Chriſtum effractum eſt robur eius. Apoc. 20. Pugnauit olim in deſerto Chriſtus 40. diebus Mar. 1. armatus colloquio, diuino verbo, oratione perenni, & ieiunio: vt Moyſes in monte Synai. Matth. 17. Hoc genus dæmoniorũ non eijcitur niſi in oratione & ieiunio: in paſſione verò 40. horis pro quo certant pater, angeli, & omnes item creaturæ. At in ſecũdo aduentu debellaturus orbem, & euacuaturus omnem principatum & poteſtatem, intruſurus dæmonem cũ ſuis

1. Petr. 5. *2. Tim. 2.* *Gen. 3.* *Apoc. 20.* *Mar. 1.* *Matth. 17.*

in ignitum carcerem armabit totam cœleſtem militiam. Luc. 21. Virtutes cœlorũ cõmouebuntur, adeóque omnem creaturam in vltionem inimicorum. En bella, victoriam, arma noſtri regis Meſſiæ, non carnalia, vt pręſtolantur in ſuo Meſſia Iudæi, ſed ſpiritualia, qualia etiam cognouerũt Cabaliſtę eorum, aliíque preſſioris ingenij. Nunc velamen poſitum eſt ſuper çor eorum cum legitur ſcriptura. 2. ad Cor. 3. & Eſa. 29. Sed veniet quando corda filiorum conuertentur ad corda patrum, vt ſentiant cognóſcántque differentiam primi & ſecundi aduentus Chriſti, quorum primus eſt in humilitate, & deiectione, alterum verò in potentia & gloria. Matth. 24. Tunc videbunt filium hominis veniẽtem in nubibus cœli cum virtute multa, & maieſtate: & tunc plangent omnes tribus terræ.

Luc. 21.

2. Cor. 3. & Eſa. 29.

Matt. 24.

CAP. 13.

De victoria Chriſti, & præmio victoriæ.

CHriſtus occultę pugnauit, primũ aduerſus Satanã & regnũ eius per ſuos Adam, Euã, Abel, Seth, Enoch, Noe, pa-

triarchas, & prophetas: qui fide Chriſti bellatoris futuri & victoris adepti ſunt victorias inſignes. Hebr. 11. Sancti per fidẽ vicerunt regna, &c. 1. Ioan. 5. Hæc eſt victoria quæ vincit mundum fides noſtra. Ita vt demum ſuper eos diabolus neque regnaret, neq; dominaretur illis, ad perditionem & mortem ſempiternam. Tametſi nondum eſſet contritum caput ſerpentis, regnum peccati ſcilicet, & mortis: quod erat vni Chriſto reſeruatum, qui illud caput contriuit, & portas inferi reſerauit, liberans iuſtos: imò & quoſdam ex inferiori inferno ex Auguſt. in epiſt. ad Euodium ianuas cœli aperuit eis qui contra ſerpentem illum ſui triumphi vexilla protenderent Chriſtus ſiquidem poſuit hamum ſub carne ſua vnde diabolus mordens carnem captus eſt id eſt procucurans mortem Chriſti per quam putabat eum deuorare ſicut alios trahere ad regnum ſuum & delere nomen & regnũ Chriſti quod tamen promouit per mortem eius Philip. 2. Deus exaltauit illum, &c. ſiquidem accepit Chriſtus regiam omnium poteſtatem & iudiciariam facultatémque fundandi eccleſiam ſuam,

Hebr. 11.
1. Ioan. 5.
Auguſt. epiſtol. ad Euodium.
Philip. 2.

ex gentibus, & eam regendi. Nam ignorabat Satan ſe vincēdum morte Chriſti, & eijciendum, gētéſque in Chriſto mor-
1.Cor. 2. tuo benedicendas. 1. ad Cor. 2. Si cognouiſſent, nunquam gloriæ Dominum crucifixiſſent. Vicit Chriſtus humilitate, patiētia, & obediētia: quę tria in morte præ-
Coloſſ. 1. cipuè eius eminuerunt. Coloſſ. 1. Eripuit nos de poteſtate tenebrarum, &c. Data eſt poteſtas ex ſeruis diaboli facere filios Dei. Vnde quando poſt ſuam mortem
Ioan. 10. & 11. Chriſtus receptus eſt à gentibus (Ioan. 10. Alias oues habeo, & cæt. Et 11. paſſurus erat vt filios Dei per gratiam electionis ſcilicet congregaret.) tunc cœpit deſtrui idololatria ſicut prædictum fue-
Eſa. 11. Zach. 13. & 14. rat, Eſa. 11. Zach. 13. & 14. Hiere. 16. regnū Dei & eccleſiæ olim ex ſolis Iudæis con-
Hierem. 16. Apoc. 5. & Ioan. 12. ſtabat, nunc ex illis & gentibus. Ideo dicitur nouum. Cōtra quod armauit ſe Sathanas vt leo, ſuſcitauítque fortiſsimum imperium Romanum, quod fermè 300. annis laceſciuit illud nouum regnū Chriſti. Quod imperium licet eſſet munitiſſi-
Dan. 2. & 7 mū & ferme inexpugnabile, Dan. 2. & 7. Attamen ſubiugatum eſt à Chriſto ſine
Eſa. 26. gladio, vt prædictum, Eſa. 26. Ciuitas

ſublimis humiliabitur, id eſt Roma. Itidẽ vaticinatæ ſunt & Sybillæ, de quibus 18. Ciuit. & Lact.libr.1. & 4. Inter quas erythræa ſic loquitur: In vltima ætate humiliabitur proles diuina, vnietur diuinitati humanitas, iacebit in fœno agn⁹,& puellari officio ęducabitur Deus homo, ſigna præcedent apud Iudæos mulier vetuſtiſſima, ſcilicet Elizabeth, puerum concipiet,ſtella orbis mirabitur,& ducatũ præſtabit, ſcilicet Magis. Hic habens 30.annos, eliget ſibi de piſcatoribus abiectíſque hominibus numerũ duodenarium, vnúmque diabolum, Iudam videlicet, Nõ in gladio bellóve Æneadem vrbem, id eſt Romam, regéſque ſubijciet: ſed in hamo piſcatoris, ſcilicet Petri. Nam ex Auguſt.per piſcatorem lucratus eſt imperatorem. Huic quatuor animalia ſurgent in teſtimonium, id eſt quatuor euangeliſtæ.Huic cõtradicetur à beſtia,id eſt Machometo.Erit autem beſtia horribilis,cuius rugitus vſque ad gentes Punicas audietur de victoria Chriſti contra diabolum,Pſal.19.21.29.68.Eſa.9.53. Zach.9.12. & 13.Abac.3. Vnde tanquam victus ligatus eſt Sathan. Lucæ 11. & Apoc.20. non

Lactan. lib. 1. & 4.

Ioan. 6.

Pſal.19.21. 29. 68.
Eſa. 9. 53.
Zac. 9. 12. & 13.
Abac. 3.
Luc. 11.
Apoc.20.

in perſona, ſed in potentia, quæ omnino amiſit ſuas vires poſt victoriam Chriſti, qui primum vicerat illum, Matth.4. In cuius ſignum Demum ſolo verbo expellebat ſpiritus nequam, Matth.8.9.12.& 15. Luc.4.& Mar.1. Nam quemadmodũ debellato Adam, in eo etiam debellati ſunt filij eius: ſic oppreſſo Sathana, oppreſſi ſunt & omnes filij eius: & quotquot attinent ad regnũ eius, tam ex Angelis quàm hominibus ideo fide Chriſti vincimus & dæmones, & mũdum.1.Pet.5. & 1.Ioan.5. ex quibus conſtat eccleſia Sathanæ. Inde poteſtas expellendi dæmones fide Chriſti data eſt Apoſtolis, Matt.10.& Luc.9.& 10.adeóque aliis credẽtibus, Mar.16. Atqui in ſecunda victoria quam nactus eſt Chriſtus in morte patuit exitium totius regni Sathanici. Coloſ.2.expolians principatus & poteſtates traduxit cõfidenter palã triũphans illos in ſemetipſo, Ioan.12. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras & 16.princeps huius mũdi iam iudicatus eſt. Ceſſauit ſtatim idololatria. Zac.13. Tunc diſperdam nomina idolorum, &c. Ceſſarunt & oracula Delphicũ, Pythium, aliáque oracula. In Bœtia olim multiuo-

Matth.4. Matth.8.9.12.& 15. Luc.4. Marc.1. 1.Pet.5. 1.Ioan.5. Matth.10. Lu.9.& 10 Mar.16. Coloſſ.2. Ioan.12. Zach.13.

ca dicta. Vnde Porphyr. libr. de oracul. ceſſantibus.

Ablata eſt Pithij vox haud reuocabilis vlli,
Temporibus longis etiam iam ceſſat Apollo
Clauibus occluſus ſilet : ergo ritè peractis
Diſcedas patria & redeas ad limina ſacris.

Et in libro quem edidit contra religionẽ Chriſtianam : ex quo enim Ieſus colitur nihil vtilitatis à diis conſequi poſſumus. Quinetiã auguſtus hoc excepit oraculũ:

Γαῖς ἑβραῖος κέλεταί με θεοῖς μακάρεσσιν ἀνάσσων
τὸν δὲ δόμον προλιπεῖν καὶ ἀΐδην αὖθις ἱκέσθαι
Λοιπὸν ἄπιθι σιγῶν ἐκ βωμῶν ἡμετερείων.

Puer hebræus diis beatis imperans iubet me
Hãc domũ linquere, & rurſus in orcũ reuerti
Quod ſupereſt, abi tacitus ex aris noſtris.

Ipſo enim die Chriſti mortis ex inſulis Echinadibus facta eſt vox à dæmonibus magnum Deum Pan mortuum. vide Plutarchum & Euſeb. quod poteſt intelligi de Chriſto Deo vel de ipſo principe dæmoniorum cuius poteſtas eo die interiit, Hebr. 2. Per mortem deſtruxit eum qui mortis habebat imperium. Interrogatus aliquando Apollo de vera religione, & quæ eſſet omnibus ſuperſtes, ſic reſpondit : Ne me vtinam ſupremum ſciſciteris

de ſancto ac diuino genitore & ſobole chara rebus magni induperantis & flatu, qui mundum aſtrictum cõtinet omnem, mõtes, tellurem, fluuios, mare, tartara & ignem, aëráque; heu templis is me diſcedere ab iſtis coget, linquetur quo edebã oracula limen. Vide in fine, 2. li, de perenni philoſophia. Poſt incõparabilẽ Chriſti victoriam deſtrui cœperunt templa deorum, altaria, reſponſa, maximè præſentibus fidelibus, à quibus dæmones dicebãt ſe vexari: veſtes, corpora, ſepulchra ſanctorum; fugant dæmones. Quid ergo nõ poterunt fides & orationes ſanctorũ aduerſus dæmones, quos etiam olim iudicaturi ſumus? 1. ad Corinth. 6. De conuellenda illa idololatria, Ezech. 30. & Mal. 1. Hoc nõ potuit Moyſes nec quotquot fuerũt prophetę ſuis miraculis & portẽtis, ne patriarchę quidem. Hoc vni Chriſto reſeruatum erat. Idcirco, Leui. 10. Nadab & Abiu volentes adolere cum igni alieno, puniti ſunt de præſumptione, quòd vellent ſacra offerre pro extraneis. Sequitur enim, Sanctificabor in propinquis id eſt Chriſto & Apoſtolis quibus præordinata fuerat extraneorũ conuerſio. Gene,

1. Cor. 6. *Ezech. 30.* *Malac. 1.* *Leuit. 10.* *Gen. 49.*

49. & Eſa.11. Leuabit Dominus ſignum, *Eſa.11.*
& congregabit diſperſos Iſrael, Ioan.10. *Ioan.10. & 11.*
& 11.à quatuor vẽtis:de quibus, Matt.24. *Matth.24.*
Vnde, Deuter.30.Si ad cardines cœli fue- *Deute. 30.*
ris diſſipatus,inde congregabit te Domi-
nus Deus tuus. Eapropter miſsi ſunt A-
poſtoli per vniuerſum orbem. Matt.28. *Matth.28.*
Mar.6. Rom.10.& Coloſ.1. id præcinne- *Mar.6. Rom.10.*
rat Eſa.27.49.66.ad hoc munus datæ om *Coloſ.1.*
nium linguæ Apoſtolis. En quomodo *Eſa.27.49. 66.*
Chriſtus ſua victoria nactus eſt dominiũ *Act.2.*
ſuper gẽtes, in quibus maximè regnabat
diabolus. Epheſ.2. & 4. Aliud νίκεσςον vi- *Epheſ.2. & 4.*
ctoriæ Chriſti eſt quòd ad ſe pertraxerit
omnem virtutem numinum, Ioan.12. Si *Ioan.12.*
exaltatus fuero à terra, omnia traham ad
me ipſum.Enimuerò principatus qui erat
ſuper multorum humeros,nunc ſuper ſo-
lius Chriſti humerũ impoſitus eſt.Eſa.9. *Eſa 9.*
Currebatur olim pro diuerſitate rerum
ad diuerſa numina,pro fruge,vino,victo-
ria, ſecundo vento, in mari ad Cererem,
Bacchum,Martem,Neptunum,&c. Nũc
ad vnum Chriſtum, in quo pater collo-
cauit omnia. Ioan. 13.Omnia dedit ei pa- *Ioan.13.*
ter in manus & 17.omnia tua mea ſunt &
Matth.11.omnia mihi tradita ſunt à patre *Matt.11.*

meo, venite ad me omnes, &c. Ille diues eſt affatim in omnes qui inuocant illum, Rom.10.& 2.ad Corint.1.præterea pro ſe obtinuit Chriſtus ſuæ reſurrectionis accelerationem, ſuíque nominis manifeſtationẽ, vt fuerit cognitus Deus.Ioan.8. & 12. Cum exaltaueritis filium hominis, tũc cognoſcetis quia ego ſum, & 17.Clarifica me pater claritate quã habui prius quàm mundus fieret apud te. Nactus eſt etiam omnium dominium. Matth.28. & Philip.2. vſque antehac de his quæ ceſſerunt in gloriam Chriſti victoris.Sed quia nobis vicit ſicut &pro nobis mortuus eſt, operę pretium eſt, quid nobis ex eius victoria contigerit, expendere. Nam vltra poteſtatem ſuper dæmones de qua, Mar. 6.& facultatem iudicãdi eos. 1.ad Cor.6. Angelos iudicabimus, à graui ſeruitute aſſeruit nos in libertatem filiorum Dei,& quidẽ ſolus,Ioan.8. Si filius vos liberauerit verè liberi eritis. Quapropter in morte noluit neque apoſtolos ſocios, neque angelos liberatores. Matth.26.vt beneficium cum creationis tum redemptionis vni verbo Dei per quẽ omnia facta ſunt & reſtaurata debeatur. Plus enim ſumus

Rom.10. 2.Cor.1. Ioan.8.& 12. Matt.28. Philip.2. Mar.6. 1.Cor.6. Ioan 8. Matth.26.

obnoxij Deo redemptionis beneficio quam creationis. Ideo, Eſa.64. Exerta voce clamat, torcular calcaui ſolus, qui voluit fieri homo pro reparatione ipſius Adæ qui voluit eſſe Deus. Eſa.64.

De captiuitate peccati, à qua vindicati per Chriſtum. CAP. 14

INter eximia quæ conſequuti ſumꝰ, victrice illa Chriſti morte, eſt gratia, quam benedictionē vocat ſermo Hebręus ברכה de qua Gen.22. In ſemine tuo benedicētur omnes gentes, id eſt donabuntur gratia & recōciliatione cū patre, Rom.5. 2. ad Corint.5. & ad Ephe.1. per illam deuenimus ad gratiam illam cōſummatam, & regnum cœleſte, quod iure belli nobis acquiſiuit, non ſibi. Nam ceu filius Dei hęres erat vniuerſorū, Heb.1.2.& 3. Ideo proficiſcēs ad mortem dicit, Luc.22. Ego diſpono vobis morte mea regnum, ſicut diſpoſuit mihi pater, & Ioan.14. vado vobis parare locum. Alterū beneficium eſt liberatio à captiuitate peccati, & quidem grauiſsima, de qua Ioan.8. Rom.6. & 7. & ad Tit.2. Illa ſiquidem ſeruitus eo gra- Gene.22. Rom.5. 2.Cor.5. Epheſ.1. Heb.1.2.3. Luc.22. Ioan.14. Ioan.8. Ro.6. & 7. Tit.2.

meo, venite ad me omnes, &c. Ille diues eſt affatim in omnes qui inuocant illum,
Rom.10. Rom.10.& 2.ad Corint.1.præterea pro ſe
2.Cor.1. obtinuit Chriſtus ſuæ reſurrectionis accelerationem, ſuíque nominis manife-
Ioan.8.& ſtationẽ, vt fuerit cognitus Deus. Ioan.8.
12. & 12. Cum exaltaueritis filium hominis, tũc cognoſcetis quia ego ſum, & 17. Clarifica me pater claritate quã habui prius quàm mundus fieret apud te. Nactus eſt
Matt.28. etiam omnium dominium. Matth.28. &
Philip.2. Philip.2. vſque antehac de his quæ ceſſerunt in gloriam Chriſti victoris. Sed quia nobis vicit ſicut & pro nobis mortuus eſt, operę pretium eſt, quid nobis ex eius victoria contigerit, expendere. Nam vltra
Mar.6. poteſtatem ſuper dæmones de qua, Mar.
1.Cor.6. 6.& facultatem iudicãdi eos. 1.ad Cor.6. Angelos iudicabimus, à graui ſeruitute aſſeruit nos in libertatem filiorum Dei, &
Ioan 8. quidẽ ſolus, Ioan.8. Si filius vos liberauerit verè liberi eritis. Quapropter in morte noluit neque apoſtolos ſocios, neque
Matth.26. angelos liberatores. Matth.26. vt beneficium cum creationis tum redemptionis vni verbo Dei per quẽ omnia facta ſunt & reſtaurata debeatur. Plus enim ſumus

obnoxij Deo redemptionis beneficio quam creationis. Ideo, Eſa.64. Exerta voce clamat, torcular calcaui ſolus, qui voluit fieri homo pro reparatione ipſius Adæ qui voluit eſſe Deus. Eſa.64.

De captiuitate peccati, à qua vindicati per Chriſtum. CAP.14

INter eximia quæ conſequuti ſum⁹, victrice illa Christi morte, eſt gratia, quam benedictionē vocat ſermo Hebręus ברכה de qua Gen.22. In ſemine tuo benedicētur omnes gentes, id eſt donabuntur gratia & recōciliatione cū patre, Rom.5. 2. ad Corint.5. & ad Ephe.1. per illam deuenimus ad gratiam illam cōſummatam, & regnum cœleſte, quod iure belli nobis acquiſiuit, non ſibi. Nam ceu filius Dei hęres erat vniuerſorū, Heb.1.2.& 3. Ideo proficiſcēs ad mortem dicit, Luc.22. Ego diſpono vobis morte mea regnum, ſicut diſpoſuit mihi pater, & Ioan.14. vado vobis parare locum. Alterū beneficium eſt liberatio à captiuitate peccati, & quidem grauiſsima, de qua Ioan.8. Rom.6. & 7. & ad Tit.2. Illa ſiquidem ſeruitus eo gra- Gene.22. Rom.5. 2.Cor.5. Ephe[ſ].1. Heb.1.2.3. Luc.22. Ioan.14. Ioan.8. Ro.6. & 7. Tit.2.

uior eſt quo vilior primum quia peccatũ
Ioan.1. nihil eſt ex Augu. Ioã. 1. Sine ipſo factũ eſt
nihil, id eſt peccatum, quod eſt duntaxat priuatio boni. Quãdoquidem ens & bonum conuertuntur primo Eth. Vnde quia peccatũ nihil habet entis, nec ideo bonitatis: ex Auguſt. de natura boni & Anſel. de conceptu virginali. Omnia ſi-
Gen.1. quidem facta à Deo ſunt bona Geneſ. 1. Atqui peccatum non eſt à Deo. Non eſt igitur neque bonum, neque ens. Quare melius eſt eſſe ſeruũ diaboli, qui eſt ſubſtantia, quàm peccati. Aliud quod nos reuocare debet à ſeruitute peccati eſt tyrannis eius in eos qui ſubſunt eius imperio. Nam primum eos excæcat 3. Eth. omnis
Sapient.2. malus ignorans: & Sapient. 2. Excæcauit
Rom.1. Ephes. 4. eos malitia eorum Roman. 1. & Epheſ. 4.
Luc.15. Item ſerui eius nunquam ſatiantur. Luc. 15. de filio exitij, qui nunquam potuit ſatiari in regione peccati. Item ab illa ſeruitute nullus poteſt ſemetipſum aſſerere viribus ſuis, non redire ad iuſtitiam, non vtique habere illam voluntatis rectitudinem & libertatem, qua poſſit eſſe & viuere abſq; peccato. Adhæc liber eſt cauſa ſui. At ſeruus alterius gratia pro quo la-

borat illi obedit. & Matth. 6. Nemo po- *Matth.6.*
teſt duobus dominis ſeruire. Vnde non
promeretur neque gratiam neque glo-
riam, quandiu viuit ſub peccati tyrãnide. *Matth.7.*
Matth.7. non poteſt arbor mala bonos
fructus facere, & Luc.11. qui non colligit *Luc. 11.*
mecum diſpergit, Per totam noctem la-
borãtes (inquit) nihil cepimus. Amiſſum
enim eſt tempus nobis quo ſumus in pec
cato. Cæterum verberat & pũgit aſſiduè
Eſa. 63. 66. & Mar. 9. Vermis eorum non *Eſa.63. 66. Marc.9*
morietur vnde Auguſt.1. Confeſſionum, *Auguſt.1.*
Iuſsiſti Domine & ſic eſt vt pœna ſua ſit
ſibi omnis inordinatus affectus: peccatũ
enim adducit mœrorem quemadmodũ
& opus bonum, lætitiam 9. & 10. Eth. Et
Prouerb. 16. ſecura mens quaſi iuge con- *Prouerb.16.*
uiuium: item ſeruus peccati omni mo-
mento eſt in timore. Leuit. 26. & Deut. *Leuit.26.*
28. Dabit tibi Dominus cor pauidum & *Deut.28.*
Prouerb.28. Fugit impius nemine perſe- *Prouerb.28.*
quente. Adde etiam quòd peccatum de-
tinet aſsiduè ſeruos ſuos funibus vinctos
de quibus Pſal 118. Funes peccatorũ cir- *Pſal.118.*
cumplexi ſunt me. & Prouerb.5. Funibus *Prouerb.5.*
peccatorum quiſque conſtringitur: de
quibus Eſa.52. & 58. Illa vincula ſunt pri- *Eſa.52.& 58.*

2.Tim.3. mùm voluptas.2.ad Timoth. 3. Voluptatum magis amatores quàm Dei Hieron. Ferreas mentes libido domat: ſecundò preſumptio de Dei miſericordia: Item 3. deſperatio de venia: ſed quartò aliorum exempla. Ecce quæ detinent hominem in peccato. Aliud quod nobis oſtendit illius ſeruitutis immanitatem ſub peccato, eſt quod vnius peccati ſeruus, ſtatim fit ſeruus multorum. Nam peccatum vnũ

Rom. 1. eſt pœna alterius peccati. Rom. 1. Malum ſiquidem malum trudit, vt eſt in prouerbio. Peccatum enim quod per pœnitentiam non diluitur mox ſuo pondere ad

Gregor. in Ezech. & 25. Moral. aliud trahit. Quanto plus homo manet in peccato tanto plus ſe inuoluit vt auis in viſco. Nam cum ſit extra gratiam & & protectionem Dei, non poteſt à peccato abſtinere cum lex carnis continuò

Rom. 7. Gal. 5. operetur opus ſuum. Rom. 7. & Gal. 5. niſi adſit lex ſpiritus. Illa equidem lex carnis rationis iudicium peruertit, & facit vt voluntas trahatur ad appetitum ſenſitiuum, & ex rationali facit animalem, deſtruit etiamnum corpus, & animam cum potentiis. Item peccatum diu obductum deducit ad publicum ſcelus, vt puniatur

à Deo. De vtroque vt cõſtat ex parœmia peccatum antiquum noua confuſio. Vide quî Dauid, Petrus, Iudas, ex vno peccato lapſi, in alia alioqui grauiora. ex diuturnitate etiam peccati ſequitur induratio incurabilis. Hierem. 5. & Iob 41. Opus eſt enim à Deo trahi Ioã. 6. & donari gratia à Deo per Chriſtum. Demum ſequitur longè grauius reatus ſcilicet & obligatio ad pœnam æternam quę à Deo offenſo & iudice remittitur quando iuſtificamur gratia Dei quàm fide Chriſti cõſequimur. Et vt paucis abſoluamus, peccatum aufert gratiam, qua iuſtificamur, & qua in baptiſmo donati ſumus: adducit culpam per quam peccator eſt in ira Dei, & debitor pœnæ æternæ. Et demum tertiò nulla eius opera ſunt grata Deo digna vita æterna. 1. ad Cor. 13. Si tradidero corpus meum ita vt ardeam, ſi impartitus fuero omnes facultates meas, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Captiuatur volũtas à cõcupiſcẽtia. Ro. 7. vt nón poſſimus pręſtare quod volumus. Cum enim dominatur concupiſcentia, non parcit mater filio: quod pater de Semiramide cõcubente cum filio proprio,

Hiere m. 5.
Iob. 41.
Ioan. 6.
1. Cor. 13.
Rom. 7.

qui tandem eam trucidauit. Amon cum
1.Reg.3. ſorore, 2.Re.13. Rubē cū nouerca, Gen.35.
Geneſ.35. & 49. & 49. Abſalon cum concubinis patris,
2.Reg.16. 2.Reg.16. Patet etiam de iraſcibili vi in
Saule contra ſacerdotes Domini, primi
1.Reg.21. Reg.21. Captiuatur etiam ſenſus ob peccatum,
vt cernere eſt in Nabucod. qui factus
Dan.4. vt bos, Dan.4. Per peccatum etiam
ex regibus fiunt ſerui. Patet de Ieconia,
Balthaſ. & regibus Paleſtinæ, quos ſubegit
Ioſue & intercidit. Paſſiones ſiquidē
peccatorum fructificant morti. Rom.7.
Rom.7. Animaduerte quæſo quàm lōgè grauior
ſit illa peccati captiuitas & ſeruitus Ægyptiaca
& Babylonica, à qua non Moyſes,
non Cyrus, non Eſdras, qui & Malachias
ſecundum Hebræos, nec alius quiſquam
Ioan.8. liberat, ſed ſolus Chriſtus, qui dicit, Ioā.8.
Si filius vos liberauerit verè liberi eritis.

CAP.15. *Quomodo per Chriſtum liberati ſumus à peccati captiuitate.*

CHriſtus veniens in ſimilitudinem carnis peccati, Rom.8. de
Rom.8. peccato, id eſt de ſe ipſo, facto hoſtia, pro peccato damnauit
peccatum. Apud Hebræos enim eodem

nomine

nomine vocatur peccatum & hoſtia pro peccato chata חַטָּא Vnde Iſai. 53. Si poſuerit pro peccato animam ſuam videbit ſemen longæuum, & ſecũdæ ad Corin.5. eum qui non nouerat peccatum, pro nobis fecit peccatum, id eſt hoſtiam pro peccato, vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo qui ad hoc venit vt tolleret peccata mundi. Ioan.1. vnde, Matt.1. Vocabis nomen eius Ieſum, id eſt, ſaluatorem. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum, quemadmodum præcinnit Dauid. Pſal.129. Et ipſe redimet Iſrael ex omnibus iniquitatibus eius. Lex enim nõ liberabat à ſeruitute peccati: quinimo lex erat virtus peccati, 1. ad Corint.15. augens peccatum, Rom.7. per affectum peccandi. Quare qui ſub lege militabant, cauebant à peccatis externè, vel timore pœnæ, vel affectione commodi. Idque vi legis carnis non oppreſſa per legem ſpiritus, Rom.7. condelector enim legi Dei ſecundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati: quis me liberabit? gratia Dei per Ieſum Chriſtum, per

Iſa.53. *2.Cor.5.* *Ioan.1.* *Matth.1.* *Pſal.129.* *1.Cor.15.* *Rom.7.* *Rom.7.*

quem contritum eſt caput ſerpẽtis,id eſt,
Gene.3. regnum peccati; Gene.3. Iugum oneris
Eſa.9. virga humeri & ſceptrum diaboli. Eſa.9.
Ad hoc ſiquidẽ paſſus eſt Chriſtus vt ſuo
ſacrificio deleret chyrographum decreti,
Coloſ.2. ad Coloſ.2. & impetraret vt verus ſacerdos remiſſionem omnium peccatorum
Matth.26. ſuis. Matth.26. hic eſt ſanguis qui pro vobis effundetur in remiſſionem peccato-
1.Ioan.1. rum. Ideo, 1.Ioan.1. dicitur, ſanguis Chriſti emundat nos ab omni peccato, in quo habemus redemptionem & remiſſionem peccatorum. Virtus autem & ſanguinis & mortis Chriſti nobis applicatur, fide & ſacramentis, per quæ haurimus gratiam ex illo fonte, vt iam peccatum non regnet in nobis credentibus, ſed gratia per iuſti-
Rom.6. tiam, Rom. 6. Nihil enim damnationis eſt iis, qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui nõ ſecundum carnem ambulant, ſed ſecundũ legem ſpiritus, quæ eſt charitas, quæ facit vt iam non timore pœnæ, vel affectu proprij commodi, ex philautia, ſed Dei amore, per quem moritur in nobis omnis affectus peccandi, vt iam nõ obediamus cõcupiſcentiis noſtris nec dominetur in nobis peccatum, ſicut nec mors in

Chriſto dominatur, in cuius morte baptizati ſumus, vt omnino moriamur peccato. Per legem equidem carnis diabolus dominabatur mundo. At cum regeneramur, in Chriſto liberamur ab huius legis vi, atq; dominatu, à peccati originis reatu & dãnatione. Tametſi remaneat actu illa concupiſcentia, quam Paulus vocat peccatum, id eſt pœnam peccati, ſicut & Petrus, 1. Petr.2. Pertulit in corpore ſuo peccata, hoc eſt pœnas peccatorum noſtrorum per quas deleuit & pœnas & culpas ſuorum. Ea tamen concupiſcentia inefficax eſt in regeneratis, niſi relinquãt legem ſpiritus, ſintque deſertores militię & vexillorum Chriſti, vt iterum ſeruiant carni & ſemetipſos ſubdant legibus diaboli ex filiis fidei fiant filij diffidentiæ: in quibus eſt efficax ſpiritus erroris, Ephe.2. & Coloſ.2. Atqui baptiſmus tollit peccatum, datúrque in eo ſpiritus ſancti gratia contra concupiſcentiam, vt virtute ſpiritus iuſtificatio legis in nobis impleatur, qui non ſecundum carnem ſed ſecundũ ſpiritum ambulamus. Ideo ſi quis ſpiritũ Chriſti non habet non eſt eius, qui eſt arrabo hæreditatis noſtræ, qui reddit teſti-

Rom 8.
Bernar. ſer. cœna domini de baptiſmo.
1. Pet.2.
Epheſ.2. & Coloſſ.2.
Rom.8.
Eph.1. & 4. & 2. ad Corint.5.

nĩonium ſpiritu noſtro quod ſumus filij Dei,quãdo ſentimus nos haudquaquam accepiſſe ſpiritũ ſeruitutis in timore, ſed ſpiritũ amoris & adoptionis: in quo cla-
Rom.8.& ad Gal.4. mamus Abba pater, ſiquidẽ nõ timemus eum vt ſerui qui plus metuũt pœnã quàm dominum,ſed amamus vt filij patrem,ſeruimus ei & obſeruamus eius iuſſa amore. Qui tales ſunt filij, ſunt hæredes quidem
Rom.8.& ad Gal.4. Dei:cohæredes autem Chriſti. Ipſius autem baptiſmi vis tota vita exercenda eſt,
2.ad Cor.5. vt illa concupiſcentia radix omnis pecca-
Rom.6.& 8.& 2.ad Cor.4. ti ſenſim eradicetur, donec abſorbeatur quod mortale eſt, ídque mortificatione & abnegatione ſui.

CAP. 16 *De ſeruitute miſeriæ & mortis, à quibus aſſerti per victoriam Chriſti.*

EX ſeruitute culpæ (de qua ſuprà) fuſiſſimè ſequitur duriſſima illa captiuitas innumerarũ calamitatum de quibus Rom.
Rom. 8. Iob 14. 8.& Iob.14.Fames,ſitis,frigus,calor,egritudines, quas Phyſici dicunt eſſe trecentas, quibus ſubijcitur miſerũ corpus humanum. Vnde Salomon cùm memoraſ-

ſet bonam partem calamitatum huius vitæ, Laudaui (inquit) magis mortuos quã viuentes, & fœliciorem vtroque iudicaui qui necdum natus eſt nec vidit mala quę ſub cœlo fiunt. Vnde Thraces ex Solino lib. 2. Lugebant natales filiorum & gaudebant in eorum morte. Puer incipit vitam à fletu, nec ante 40. diem oſtendit ſignum lætitiæ. Aiunt quendam Philoſophum exiſtimaſſe præcipuum bonum hominis non naſci: ſecundum autem ſi illud non contigerit, citò mori. Vnde Agamedes & Trophonius ædificato tẽplo Apollinis Pythij, orantes ſibi dari quod optimum eſſet, cum obdormiiſſent nunquam deinde ſurrexerunt vnde Poeta de Amphirao, Eccleſ. 4.

Iuppiter hũc totis animis, hũc magn⁹ Apollo
Diligit, & iuſti metas non attigit æui:
Quàm ſuperi miſerum ſtamen mortalibus æui
Neuere, vt viui deflenda per omnia durent.

Præcipua miſeria quæ conſequitur peccatum eſt ipſa mors, ex peccato illata homini cuius captiuitas omnibus eſt communis, nullus expers eſt illius. Quis eſt qui viuet & non videbit mortem? Siquidem omnes morimur, & quaſi aquæ di- Gene. 3. Rom. 5. & 6 1. ad Cor. 15 Eccle. 25. Pſal. 88.

labimur in terram quæ non reuertuntur.
2 Reg.14. Quemadmodum enim ſeruus timet Dominum ſic & homines mortem, Chriſoſtom. Qui mortem formidat ſeruus eſt, & omnia ſuſtinet ne moriatur, de quo
Hebr.2. Hebr. 2. Liberaret eos qui per totam vitam, timore mortis obnoxij erāt ſeruituti. Id quod plus facit mortem formidabilē eſt mortis aculeus qui percellit nos & ducit ad mortem æternam, in qua de-
Matt.13. & 22. tinentur captiui ligatis manibus & pedi-
Iob 7. bus: vnde nulla eſt aſſertio Iob. 7. Qui deſcendit ad inferos non aſcendet nec reuertetur vltrà in domum ſuam. Adde etiam quod ſine Chriſto authore vitæ & qui primitiæ eſt dormientium, perpetuo cōcluſiſſet homines mors, vt nullus fuiſſet vnquam ſuſcitatus. Idcirco gētes quæ virtutē Chriſti ignorarunt, inficiatæ ſunt
Act.17. & 26. reſurrectionem mortuorū Act. 17. & 26. Ex Hebræis etiam Saducæi qui cum Epicuro, Dicæarco, Leucippo, Democrito, & Plinio negabant æternitatem animo-
Matth.22. rum Matth.22. Hactenus de tyrannide mortis quam confecit ſua morte Chriſtus, vt poſſimus nunc illi inſultare. Vbi
1. ad Cor.15. eſt mors victoria tua, vbi eſt mors aculeus

tuus? &c. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per Ieſum Chriſtũ Dominum noſtrum, qui deſtruxit mortem, illuminauit autem vitam & incorruptionem per euangelium, 2. ad Timoth. 1. 2. ad Tim. 1.

Quomodo liberati à captiuitate mortis per Chriſtum triumphatorem. CAP. 17

MVlti arbitrati ſunt mortem ex conditione naturæ hominibus cõtingere, tametſi natura ipſa meditetur perpetuitatem & illam deſideret. At longè aliud nobis promit diuinus ſermo Rom. 5. per vnum hominem peccatum intrauit in hunc mundum, & per peccatum mors. Idem 1. ad Corinth. 15. Initiũ ſiquidem peccati à muliere, & per illam omnes morimur. Chriſtus autem ſua morte nactus eſt victoriã contra peccatum. 2. ad Cor. 5. quod eſt mors animæ Ezec. 18. Anima quæ peccauerit ipſa morietur, & cauſa mortis corporis & inferni qui ex peccato ardet. Debellator peccati debellauit & mortẽ fœtum peccati. Ozé. 13. O mors ero mors tua, de qua 1. Petri 3. Deglutiens mortem, vt vitæ æternæ hæ-

Rom. 5. 1. ad Cor. 15 Eccl. 25. Rom. 6. & 8 2. ad Cor. 5. Eſa 53. Ioan. 1. Ozé. 13. 1. Pet. 3.

redes efficeremur profectus in cœlũ ſubiectis ſibi angelis & poteſtatibus & virtutibus. Quare verſa eſt mors noſtra in
Ioan.11. ſomnũ Ioan. 11. poſtquàm ademptus eſt
1.ad Cor.15 illi aculeus, peccatum videlicet. 1. ad Cor. 15. Vnde nunc non intoxicat non occidit ſed deducit nos à morte ad veram vitam. Nam temporalis vita æternæ vitæ cõparata, mors eſt potius dicenda, quàm vita: Chriſtus enim qui eſt vita veſtiuit ſe morte & vita, duello certauit cum morte, quæ tandem victa eſt à vita longè fortiori morte. Prius enim mors uia erat ad mortem æternam: nunc autem eſt via ad
Ioan. 5. æternam vitam. Ioan. 5. cap. Qui verbum meum audit, & credit ei qui me miſit, habet vitam æternam, & in iudicium non veniet ſed tranſiet à morte ad vitam. Stipendia ſiquidem peccati mors: gratia au-
Rom. 6. tem Dei vita æterma. Rom. 6. Rex noſter Chriſtus per mortem deſcendit ad inferos, & rediit inde victor profectus ad vitam æternam ac cœleſtem. Et hoc nobis obtinuit vt per mortem non deſcẽdamus ad inferos ſed conſcẽdamus ad veram vitam, ęternámque. Enimuero in reſurrectionè deſtruxit mortem corporum

primùm in ſemetipſo, & demùm in ſuis. Eius enim reſurrectio cauſa eſt noſtræ, 1. ad Cor. 15. Chriſtus reſurrexit à mortuis primitiæ dormientium: quandoquidem per hominem mors & per hominem reſurrectio mortuorum: ſicut in Adam omnes moriuntur, ita in Chriſto omnes viuificabuntur. Effecit nos immortales & impaſſibiles, vt ante peccatum: & licet non poſſideamus actu, interim poſſidemus meritò paſſionis Chriſti, & habitu (quod aiunt) Epheſ.2. nos cum reſuſcitauit. Coloſſ. 3. vita veſtra abſcondita eſt Chriſto. Hoc tantillo temporis cum manebimus in morte, videbitur mors dodominari: attamē quia incorporati morti Chriſti Rom. 6. & vitæ eius, in illo viuimus. Interim expectamus beatam ſpē & aduentum gloriæ magni Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, in quo triumphabimus de morte per Chriſtum & ſpiritū ſuum, Rom.8. qui ſumus membra eius fide & baptiſmo illi coniuncti. Nunc reſuſcitauit nos à morte animarū illud verbum Dei, quod eſt vita: ſed tunc demum à morte corporum. Ioan.5. Sicut pater ſuſcitat mortuos, ita & filius tunc relegabi-

1. ad Cor. 15.
Epheſ. 2.
Coloſſ. 3.
Rom. 6.
Rom. 8.
Ioan. 5.

Eſa.25. tur mors. Eſa.25. Præcipitabit mortem in
1.ad Cor.15 ſempiternum & 1. ad Corinth. 15. No-
Apoc.21. uiſſimè inimica mors deſtruetur, tunc
erit plena reſtitutio regni Chriſti de qua
Act.1. Actuum 1. Domine ſi in tempore hoc
reſtitues regnum Iſrael reſtituam (in-
quit) ſed dies & hora illius reſtitutionis
erunt vobis ignota, quæ pater repoſuit
in ſua poteſtate. Tūc adimplebitur quod
tantoperè poſtulamus quotidie, libera
nos à malo tam peccati quam miſeriæ &
mortis, quas adducit peccatum. Reſurre-
ctio Chriſti cauſa eſt bonorum reſurre-
ctionis cum immutatione: malorum ve-
1.ad Cor.15 rò ſine immutatione, 1. ad Corinth.15. &
& Hebr.6. Hebr.6. Non rurſum iacientes fundamē-
tum pœnitētiæ ab operibus mortuis, &c.
ac reſurrectionis mortuorum & iudicij
æterni. Chriſto enim data eſt omnis po-
teſtas in cœlo & in terra cœleſtium, ter-
reſtrium, & infernorum: igitur mortis &
inferni habet: ſiquidem claues mortis &
Apoc.1. inferni, Apoc.1. qui ſecunda ſua manife-
ſtatione renouabit macrocoſmum & mi-
ad Phil.3. crocoſmum. Interim ad Philip.3. ſaluato-
rem expectamus Dominum noſtrum Ie-
ſum Chriſtum qui reformabit corpus hu-

mile noſtrum & mortale corpori gloriæ ſuæ cõfiguratum. Pro argumento autem futuræ reſurrectionis iuſſit auferri lapidem ſub quo concluſi tenebamur à morte, Ioan. 11. & Matth. 28. Per angelos ablatus lapis ſepulchri: Nam illi erunt miniſtri reſurrectionis noſtræ, 1. ad Corint. 15. 1. ad Theſ. 4. Matth. 13. & 24. Item in eius morte aperta ſepulchra ſanctorum qui in die reſurrectionis cum Chriſto ſuſcitati ſunt, Matth. 27. Olim mors cedebat in malum noſtrum: Nunc autem in cõmodum. Siquidem diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, Roma. 8. & 1. ad Cor. 3. Omnia veſtra ſunt, ſiue mors ſiue vita. Mihi autem viuere, inquit Paulus, Chriſtus eſt & mori lucrum, ad Phi. 1. Si enim viuimus, Domino viuimus: ſi autem morimur Domino morimur ſiue viuimus ſiue morimur Domini ſumus, Ro. 14. Chriſti autem reſurrectio nedum eſt cauſa efficiens reſurrectionis noſtri, quinimo & exemplaris. Vnde primò voluit conformari nos ſuæ paſſioni, quàm gloriæ ſuæ reſurrectionis, Roma. 8. Si tamen compatimur vt & ſimul cõglorificemur & ad Phil. 3. ad cognoſcendum illum &

Ioan. 11. & Matt. 28. 1 ad Cor. 15 1. ad Theſ. 4 Matt. 13. & 24. Matt. 27. Rom. 8. & 1. ad Cor. 3. ad Phil. 1. Rom. 14. Rom. 8. ad Phil. 3.

virtutem reſurrectionis eius, & ſocietatē paſſionis illius, configurati morti eius, ſi quomodo occurram ad reſurrectionem quæ eſt ex mortuis: vita noſtra ſiquidem à ſolo Deo fonte vitę eſt in quo viuimus,
Act.17. Act.17. Et qui vitam largitur ſolus, reſtituit amiſſam Deus ſcilicet. Sed humanitas Chriſti inſtrumētum deitatis eſt. Vnde patet Chriſtum eſſe Deum, Roma.1. Roma.1.
Manifeſtatus eſt filius Dei in potentia ex reſurrectione mortuorum. Ideo illi coniuncti fide & baptiſmo, primùm abſoluimur debito mortis, quæ cedit nobis in meritum, non autem in non regeneratis. Abluitur anima à peccato, cōfertur etiā-num vitæ æternæ hęreditas, quam ſpe tenemus, ad Titum 3. vt iuſtificati ipſius gra-
Tit.3. tia, ſimus hæredes ſecundum ſpem vitæ æternæ, in corpore videlicet & anima, natura integra. Itē crucifigitur & minuitur concupiſcentia carnis, quæ etiam nō
Rom.8. imputatur renatis Chriſto. Rom.8. Nihil damnationis eſt iis, qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant.

Cur relicta mors aliæve pœnæ poſt victoriam peccati & mortis. CAP. 18

QVum gratia Chriſti multis paraſanguis anteuertat peccatum, Rom.5.cap. ſed non Rom.5. ſicut peccatum ita & donũ. Rapietur quiſquam in admirationem cur Chriſtus veniens nõ reparauerit omnia, quæ per peccatum nobis contigerunt, & reſtituta ſit humana natura ad ſuam iuſtam integritatem, ſine huius vitæ pœnis & morte, hoc affatim exponit, Auguſt.12. Ciuit. & de baptiſ.paruulorum. August.de ciuit.Dei. At primum ne amitteretur corona & triumphus martyrum, virginum, aliorúmque piorum. Ea enim quæ prępediunt viam ſalutis, ſublata ſunt: at non ea quæ muniunt viam, vt puta tribulationis, tentationes, perſecutiones, & mors. Siquidem non eſt ſeruus maior domino ſuo: Oportuit Criſtum pati, & ita intrare Ioan.15. in gloriam ſuam. Qui paſſus eſt nobis re- Luc.14. linquit exemplum vt ſequamur veſtigia eius.1.Pet.2. 1.Pet.2. Quamobrem per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ cœlorum, Act.14. Act.14. Si enim commortui

2.Tim.2. ſumus & conuiuemus, ſi ſuſtinebimus & conregnabimus, ſi negauerimus, & ille negabit nos. Character enim & teſſera militum Chriſti crux eſt ideo inquit rex noſter & triumphator Chriſtus cõmilitonibus ſuis: vos eſtis qui permãſiſtis mecũm in tentationibus meis: ego autem diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater

Luc.22. meus, regnum, &c. Non enim corona-

2.Timo.2. bitur niſi qui legitimè certauerit. Quomodo enim certaremus, quomodo pateremur exemplo capitis noſtri & ducis, ſi eſſemus & impaſſibiles, & immortales. Præterea ſi exemiſſet nos laboribus, & morte, amitteremus & fidem & ſpem futuræ vitæ. Nam quod videt quis, quid ſperat? Cõcederent inſuper omnes ad Chriſti baptiſmum non propter Deum vel vitam futuram: ſed affectu commodi huius vitæ & ad fugiendam mortem, amore ſui pertracti. Cæterum, oportet ex hominibus reſarciri angelorum numerum qui lapſi ſunt diuerſorum ordinũ: & dif-

Ioan.14. ferentis gloriæ. Nam in domo patris mei manſiones multæ ſunt: ſecundum diuerſitatem gratiarum, & operum. Nullus ibit inficias quin Seraphin, anteuortat Che-

rubin, & iſtæ inferiores ordines, quorum iſti ſunt principes quos & illuminant, & amandant Zach. 1. & 2. Si autem non eſſet mors, neque paſſio, neq; labores, omnes in illo regno pij eſſent æquales gloria. Nihil eſſet plus martyribus quã puello vnius diei: quod Paulus exerta voce diffitetur, 1. ad Corint. 15. alia claritas Solis, alia claritas Lunæ, alia ſtellarum: ſtella enim à ſtella differt claritate: ſic & reſurrectio mortuorum, & illa fœlicitas æterna: alioquin quomodo polliceretur Chriſtus ſe daturum vnicuique & redditurũ iuxta opera ſua. Matth. 16. & Apocal. vlt. & 1. Cor. 3. vnuſquiſque mercedem recipiet ſecũdum ſuum laborem & 2. Cor. 5. Quod clariſſimè patet. Matt. 25. Alia cauſa eſt vt contineamur in humilitate ſub iugo miſeriæ huius vitæ, & recognoſcamus beneficia Chriſti, eúmque in paſſionibus imitemur in bonũ noſtrum & coronam. Patientia enim tantum bonum eſt, vt dicat Gregorius, Maioris glorię eſſet mala pati cum patientia quam bene operari. Vnde poſt donum fidei, maximum donũ eſt pro Chriſto pati Philip. 1. In nullo terreamini ab aduerſariis: quæ

Zac. 1. & 2.

1. Cor. 15.

Matth. 16.
Apoc. vlt.
1. Cor. 3.
2. Cor. 5.
Matth. 25.

Philip. 1.

eſt illis cauſa perditionis, vobis autem ſalutis & hoc à Deo. Quia à vobis donatũ eſt pro Chriſto, vt non ſolum in eum credatis, ſed etiam pro illo patiamini. ſuper quo Chriſoſt. eructat verba digna ſe, id eſt aurea. Chriſtus enim in primo ſuo aduentu tãtum purgauit perſonas in ſe credentes: ſed in ſecũdo reſtituet totum humanum genus. Ideo quandiu viuimus in hac natura & maſſa corrupta, ſubijcimur concupiſcentiæ fonti omnis peccati, & pœnis, & morti tantum ablatum eſt re-
Rom.6. gnum & dominium horum. Rom.6. Hęc enim nobis contingunt ex corruptione naturæ, originali iuſtitia deſtitutæ, & plus vni quàm alteri ex diuerſitate diſpoſitionis corpori. Enimuerò Chriſtus abſtulit ea quæ impediunt ſalutem noſtrã, quemadmodum eſt peccatum: nõ ea quæ promouent, vt iſtæ neceſſitates vitæ & mors quæ adigũt ſiquidem nos ad cognoſcendam infirmitatem noſtram. Eſa. 26. Vexatio dabit intellectum. Item humiliant nos. Oze.6. Humiliatio tua in medio tui: adeóque à culpa deterrent: cuius grauitatem coniectamus ex pœnis. Secũdum enim quãtitatem delicti eſt & plagarum modus.

modus. Iob. 6. Terrores Domini militant Iob.6.
contra me: excitant etiam nos ad quæ- Deut.25.
rendam vitam cœleſtem in qua erimus
liberi his malis Mich. 2. Surgite, ite quia Mich.2.
nõ habetis hic requiem. Mala enim quæ
nos hic premunt ad Deum nos ire com- Gregor.
pellũt. Chriſtus in primo quidem ſuo ad-
uentu abſtulit peccatum. Ioan. 1. In ſecun Ioan.1.
do autem abſoluet nos omnibus pœnis
quas inuexit peccatum. Apoc. 21. Apoc.21.

De libertate ac dominio & ſeruitute legis per Chriſtum parta. CAP. 19.

NOn immerito Dominus pollicitus eſt nobis benedictionem per Chriſtum. Gen. 22. & Gal. 3. Nam eramus omnes ſub maledicto tranſgreſſionis legis conſtituti: cũ ſiquidẽ eſſemus omnes peccatores, eramus & tranſgreſſores vel legis naturæ, Rom. 2. vel ſcriptæ Rom. 3. præuaricatores enim reputaui omnes peccatores terræ. Pſalm. 118. Omne enim peccatum eſt iniquitas ἡ ἀνομία ſed maledicti (inquit pſ.) qui declinant à mandatis tuis, & de lege naturæ quam omnes tranſgreſsi ſunt. De lege autem Moyſi inquit Chriſtus nemo

Gen.22. Gal.3. Rom.2. Pſal.118. 1.Ioan.3.

Ioan.7. Act.15. ex vobis facit legē Ioan. 7. & Pet. Act.15. onus quod neque nos neq; patres noſtri potuerunt portare, ſed per gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti credimus ſaluari. qui enim offenderit in vno factus eſt Iacob. 2. omnium reus Iacobi 2. Atqui quādiu lex carnis eſt in nobis quæ per animam concupiſcit aduerſus ſpiritum ad Gal. 5. non Galat.5. diligimus Deum ex toto corde:& ex tota anima ex Auguſt.de perfect.iuſtitiæ & Auguſt. de perf.iuſt. Rom.8. Rom. 8. Nam quod impoſsibile erat legi quæ infirmabatur ſecundum carnem per legem carnis, Deus filium ſuum mittens de peccato id eſt de ſe ipſo immolato, pro peccato damnauit peccatum, vt iuſtitia legis in nobis impleretur. Propterea dicitur Chriſtus finis legis, ad iuſtitiam Rom. 10. omni credenti.Rom.10. Adde etiā quod non implemus illud præceptum non cōcupiſces ad Gal.5. At omne peccatum reducitur ad illud non cōcupiſces. Rom.7. Hæc duo inquit Auguſt. Diliges Dominum ex toto corde & tota anima,& non cōcupiſces non plenè obſeruamus in hac vita. Quare opus eſt vt quotidie dicamus Dimitte nobis nobis debita noſtra. Idcirco opus iuſtitia Chriſti quę dicitur Hebr.

Secundum ſuam perfectionem & in ſenſu quē facit. Galat.5. Rom.7. *Auguſt. lib. de perfect. iuſt. contra pelagi.* Matth.5.

benedictio בְּרָכָה Id eſt donum quam iuſtitiam fide conſequimur, Rom.8. & 10. Rom.8.& 10.
Quia lex ſpiritualis eſt & nos carnales, Rom.7. ad eam ſeruandã operæpretium Rom.7.
eſt à ſpiritu ſancto nobis infundi gratiã, & charitatem. Is autem ſpiritus per fidem Chriſti nobis præſtatur: ſine quo ſpiritu charitatis ſeruamus tantum externè legẽ: non gratis, propter Deum duntaxat ſed intus eſt amor commodi, vel timor pœnæ qui non eſt cum charitate, 1. Ioan.4. 1.Ioan.4.
Vna enim cupiditas carnalis qua peccatũ augetur non ſanat alium. Vnde hi ſunt filij ancillæ, Gal.4. qui ex cupiditate mer- Gala.4.
cedis ſeruant legem. Nos igitur conuicti, & confeſſi præuaricatores legis, ſubijciebamur duplici maledicto: culpæ videlicet & pœnæ. Quare Chriſtus ſuſcepit maledictum: pœnæ opprobrium factus, & Gala.3.&
execratio, Gal.3.& Roma.15.cum iniquis Roma.15.
reputatus in morte, Eſa.53. Nos reputaui- Eſa.53.
mus eum quaſi percuſſum à Deo: ſuſcepit vtique maledictum legis & execrationem, Deutero.21. Maledictus qui pendet Deut.21.
in ligno. Sicut dicitur peccatum, Rom.8. Roma.8.
2.Corint.5. Nullus enim noſtrum habet 2.Cor.5.
completam legis iuſtitiam: quæ tamen

Pſal.14. & 23. neceſſaria eſt ad conſecutionem vitæ.
Pſal.14.& 23. Dēpto vno Chriſto qui ha-
Matt.5. buit perfectiſſimam, Mat.5. Non præteri-
bit vnum iota, vel vnus apex à lege, quin
omnia fiant, & adimpleātur, à me ſcilicet.
Ioan 7. Quæ enim placita ſunt patri, facio ſem-
per. Illa autem iuſtitia legis, qua Chriſtus
præditus eſt per fidem, efficitur noſtra,
Roma.8. 2.Cor.5. Rom.8.2.Corint.5. Finis enim legis Chri-
ſtus eſt, ad iuſtitiam omni credenti: qui fa
Rom.10. 1.Cor.1. ctus eſt nobis iuſtitia, ſanctificatio, & re-
dēptio. Siquidē reputatur fides de Chri-
Rom.4. ſto ad iuſtitiam, Rom.4. perinde atque ſi
Si deſit facultas operandi præcipue in morte. legi ſatisfecerimus. Ideo in Chriſto, & per
Chriſtum, datur nobis cum iuſtitiá fidei,
tum etiam legis, per quam aſſerimur à le-
gis maledicto: cui obnoxij ſunt quot-
quot adamuſim non ſeruant eam vſque
ad vnum iota, & apicem. En iam præmō-
ſtratū quomodo liberati à maledicto le-
gis. Nunc exponendum eſt quomodo li-
Ad gal.4. berati à dominio legis. Chriſtus enim fa-
ctus eſt ſub lege, vt eos qui ſub lege erant
Rom.6. redimeret. Non enim inquit Paul, Ro.6.
eſtis ſub lege, neque iuſtis eſt lex poſita.
1.ad Tim.1. Non quod ſimus exleges. Sumus enim
in lege cum eam adimplemus, & ſerua-

mus non pertracti vel timore ſeruili, vel mercenaria cupiditate, ſed agimus ſpiritu Dei, ſpiritu inquam charitatis, qui teſtimoniũ perhibet quod ſumus filij Dei. Enimuerò eadem eſt lex Dei & noſtra charitas: videlicet, 1.Ioan.4.vt quemadmodum ille eſt, ſic & nos in hoc mundo ſimus, vt ſicut ille per charitatem operatur, ſic & nos ceu filij, imitemur patrem. Is enim qui eſt in lege amicus eſt iuſtitię: & ex amore cauet à peccato. Is autẽ dicitur eſſe ſub lege, & ſpiritu ſeruitutis, qui ſolo timore pœnæ auocatur à malo: interim inimicus eſt iuſtitiæ: odio proſequẽs legem, & eius latorem. Cum enim peccatum omne ex ipſa cõcupiſcentia oriatur. Illa autem irritata per legem, tantum abeſt vt minuatur, quin potius accreſcit. Opus eſt ergo vt per ſpiritum ſanctum ſanetur voluntas, qui loco malæ concupiſcentiæ infundat bonam concupiſcentiam: id eſt charitatem, & tum non indigebit legis imperio, 1.ad Timoth.1. Iuſtis non eſt lex poſita. Nam vltrò operantur adacti amore, & charitatis lege illam iuſtitiam Chriſti. Lex oſtendit & non exhibet, Roma.3. 4. & Galata.3. ſed ad Chri-

1.Ioan.4. *Roma.7.& Iac.1.* *1.ad Tim.1.* *Rom.3.4. & Gal.3.*

ſtum nos remittit vt fide eius iuſtificemur. Nam lex per Moyſen data eſt: gratia autem, & veritas per Ieſum Chriſtum. De illa iuſtitia teſtati ſunt lex &

Rom. 3. prophetæ, Roma. 3. De qua Bernardus,

Bernard. 11. Epi. ad Cartuſienſes. Non tãquam inuitis impoſita eſt lex ſed voluntariis: eo liberaliter data, quo ſuauiter inſpirata. Matth. 11. Iugum enim meũ

Matt. 11. ſuaue eſt. Bona lex charitas quæ facit vt ſuauiter portentur leges Dei. Item tertio vindicati ſumus per Chriſtum à iugo le-

Galat. 5. & Act. 15. Matth. 5. & Ioan. 8. gis cæremoniarum. Galata. 5. & Act. 15. & iudicialium. Matth. 5. & Ioannis 8. de quibus infra. Animaduerte autem quod nullus vnquam per legem conſecutus eſt vitam æternam ſed per fidem Ieſu Chriſti.

Rom. 4. Gal. 3. & 4. Rom. 4. & Galat. 3. & 4. Merces ſiquidem fidei eſt viſio Dei. Opera verò legis habent ſuam mercedem, & augent hæreditatem, quam fide conſequimur: quemadmodum Iacob dedit Ioſeph partem ex-

Gene. 28. & Ioan. 4. Gala. 3. tra fratres ſuos Gen. 28. & Ioan. 4. Lex tantum pedagogus eſt in Chriſto Gal. 3. ſeruans à malo & præparans ad fidẽ: qua reuelata in aduentu Chriſti, Sumus extra

Gala. 4. pedagogum & tutores Galat. 4. Apti ad hæreditatem capeſſendam quam nõ dat

ipſe pedagogus,ſed filiatio quę nobis cõ-
tingit fide.Ioan.1. & Gal. 3.Vnde in Chri Ioan.1.&
ſto conſequimur iuſtitiam legis:per iuſti- Gala.3.
tiam fidei. Chriſtus igitur nos aſſeruit à
maledicto legis dominio, & iugo, à lege
peccati, & mortis in qua naſcimur: & in
Chriſto exhibetur nobis remiſſio tranſ-
greſſionum legis.Epheſ.1. Hebr.9. Act.5. Ephe.1.
& 10. & 13. Per Chriſtum vobis remiſsio Hebr.9.
peccatorũ annunciatur ab omnibus qui- Act.5.& 10.& 13.
bus non potuiſtis in lege Moyſi iuſtifica-
ri in hoc omnis qui credit iuſtificatur.

De libertate Chriſtiana, quam nacti ſumus per Chriſtum. CAP. 20

EXpoſuimus iã qui in Chri-
ſto benedictionem adepti
ſunt: omnes gentes in Adã
maledictæ: cum ille factus
eſt ſub maledicto, & in-
uẽtus ſicut reus inter duos
maleficos crucifixus: factus eſt ſub lege
tanquam ſeruus legis, vt nos vindicaret
ab eius ſeruitute.Gal.4.Ipſe demum cum Gala.4.
eſſet filius Dei liberrimus.Matth.17.For- Matt.17.
mam ſerui accepit ſubditus morbis no-
ſtris, Heb.3.&4.Item morti quam timuit Heb.3.& 4

Matth.26. vt ſeruus. Matth. 26. ſubmittens ſe etiam hoſti in mēbris ſuis, Hærodi, Pilato,&c. Luc. 22. Hæc eſt hora veſtra & poteſtas tenebrarum,quæ nūc mihi dominari videtur tanquam relicto à patre luminum, angelis lucis & apoſtolis qui erant luminaria mundi. Omnia nunc extingui videntur & ſolæ tenebræ ſeſe obtrudunt. Siquidem eramus peccati ſerui in continuo timore ſeruorum. Prouerb. 28. Fugit impius nemine perſequente. Vide quid timeant Adam & Cayn ſe abſcondentes

Gen.3.& 4 à facie Domini. Gen.3.& 4. Degebamus miſerrimè ſub dura ſeruitute diaboli ligatis manibus & pedibus. At rex noſter Chriſtus ſua ſeruitute nos in glorioſam aſſeruit libertatem. Luc. 1. & Gal. 4. Iac. 1.& 2. ſi filius inquit vos liberauerit verè liberi eritis. Hæc autem libertas latius patet & inſignius, quàm libertas huius noſtri ſęculi videatur. Vnde magnopere notandum quod ipſis etiam Apoſtolorum temporibus plurimi abuſi ſunt Chriſtiana libertate ex Auguſt. 14. de fide & ope-

1.Pet.2. ribus & 1.Pet.2. quaſi liberi non quaſi velamen habentes malitiæ libertatem &

Galat.5. Gal.5. ne libertatem detis in occaſionem

carnis. Illam libertatem quærebant Galatæ:illam expectant Iudæi: illam ſomniant Anabaptiſtæ & libertini. ſuadebāt enim ſe non teneri ad legem vel opera bona quòd ſufficeret ſola fides. Quam ſentētiam etiam ſuo tempore tutati ſunt multi hebræorum dicti carraim quorum antimachi facti ſunt Rabbanim: & quorum ſententiæ ſubſcribit potior pars ſynagogæ huius noſtri temporis, aſſerens præter fidem neceſſariam charitatem cū operibus bonis: Chriſtus enim vltra fidē vrget & bona opera. Matt.5.& 7. Omnis arbor quæ non fecerit fructum bonum excidetur,& in ignem mittetur, & Matt. 21. Maledicit arbori ſterili de qua Lu. 23. In arido quid fiet? Contra hanc hæreſim certat Paul. Rom.2.6. 7. 8. & 13.vſque ad finem & ad Epheſ. 2. Atqui in epiſtolis ſuis Paulus primùm de fide concionatur, demùm de operibus. Contra eos (inquit Auguſtinus) qui docuerunt ſufficere fidē ſine operibus, ſtrinxerunt ſuas epiſtolas Petrus,Ioannes,Iacobus, & Iudas. Vnde in iudicio Chriſtus non iudicabit de fide (qui enim non credit, iam iudicatus eſt) ſed de operibus Matt.16.24. 25. Rom.14.

Mat.5.& 7

Matth.21.

Rom.2.6.7. 8.& 13. Epheſ.2.

Matth.16. 24.25. Rom.14.

2.Cor.5. Apoc.vlt. 2.Cor.5.& Apocal.vltimo.Præterea hi libertini fatebantur ſe non teneri ad obedientiam principum maximè Ethnicorum.Ioan. 8. Nemini vnquã ſeruiuimus.
Ioan.8.
Ea anſa ſuſcitauit plurima diſſidia Iudas Theodas Symon Gaulanitis zelotæ, &c.
Act.5. Act.5. Chriſtus tamen, quem iuſſit pater auditum iri, obediuit Cæſari gentili & idololatræ.Luc.22. Matt.17.& iuſſit alios obedire. Matt.22.Reddite quæ ſunt Cæſaris,Cæſari. Itidem Paulus Rom. 13. & 1. Petr.2. Vnde & ſi ſeruitus hominum orta eſt ex peccato Gen.9.& 19.Ciuit.Attamen docet Paul.obedire dominis.1.Cor. 7.Eph. 6.& Coloſſ.3. etiam diſcolis.Ideo maximopere expendendum eſt,quòd in fine mundi,in quo nunc ſumus, hæretici promittãt libertatem carnis 2.Pet.2. quæ eſt viliſſima ſeruitus vt viuant homines belial,id eſt, ſine iugo vt ſiba, 2.Reg. 20. De talibus filiis Belial, quos nos libertinos nuncupamus. Deut. 13. & Iudic.19. 1.Reg.2. 3.Reg.21.& 2.Corinth.6.conuẽtio Chriſti ad Belial: quo nomine vocatus eſt & diabolus ſine iugo: cuius membra ſunt, qui ſequuntur hãc carnis libertatem quæ eſt omnium peſſima ſeruitus.

Luc 22. Matth.17. Matth.22. Rom.13. 1.Pet.2. Gen.9.& 19. 1.Cor.7. Epheſ.6. Coloſſ.3. 2.Reg.20. Deut.13. Iudic.19. 1.Reg.2. 3.Reg.21. 2.Cor.6.

Quam ſecuti ſunt Epicuri, quorum ſecta numeroſior fuit aliis tribus ſectis philoſophorum, item Machometani, Vualdẽſes, Albigenſes & hæretici huius noſtræ ætatis infæliciſſimę, qui euocarũt 36. hæreticorum ſectas olim eccleſiæ iudicio & ſæculi gladio profligatas, huius impiæ libertatis primus aſſertor fuit, Mart. Lutherus monachus exititius, votifragus, à qua lerna orti anabaptiſtæ Zuingliani, & Ruſtici in Germania qui detractabant obedire dominis ſuis. Ex quibus diuerſis prę-liis contra dominos ſuos tam prophanos quam eccleſiaſticos perierunt trecenta millia: Anabaptiſtæ enim ſtatuerunt gladio delere omnes dominos, quos vocant impios: & damnant omnes magiſtratus. De illo prothoconcionatore libertatis carnis Luthero prædixit Petrus, 2. Petr. 2. & Iudas in epiſtola. Nam Arrius debuit præcedere Machometum, quorum vterque negat Chriſti diuinitatem & Mart. Lutherus antichriſtum quorum vterque erit aſſertor libertatis carnis ad ineſcandos homines, more Epicuri. 2. Petr. 2.

CAP. 21 *In quibus conſiſtat libertas populi Chriſtiani.*

QVum eccleſia Dei à ſua naſcentia fuerit ſubdita affli-ctionibus & calamitatibus, ſub dura ſeruitute dæmonũ, infeſtationẽ,ante imperia & poſt imperia tyrannorum regum Ægypti, Babylonis, Aſſyriæ, Syriæ, Moab, Amon, Philiſtinorum,&c. Videtur libertas eccleſiæ nomen ſine re: Attamẽ nuſquam eſt libertas niſi in eccleſia, nõ more Stoicorum qui dicunt ſolos ſapientes liberos. Atqui alia eſt Chriſti libertas de qua Ioan.8. Si filius vos liberauerit verè liberi eritis, non vmbra libertatis ſed vera,deleto peccato cum incommodis quę ad ſe trahit, vt cæcias nubes pacata ira Dei, abolita morte, ſublatis hũmanis calamitatibus, donata æterna iuſtitia, luce, vita, gloria, Illam conſequuti ſumus per Chriſtum, quæ in hac vita inchoatur dũtaxat: Nam non ſumus omnino liberi à peccato & pœna. Quapropter oramus, libera nos à malo. Hic delibamus,ſed in reſurrectione erit integra, Ro.8. & Apo.21.

Ioan.8.

Rom.8. & Apoc.21.

quando ſublatis omnibus malis fruemur vita æterna, familiaritate Dei & Chriſti eius Ioan.17. Sicut ego & tu pater vnum ſumus, ita & ipſi vnum ſint in nobis quā-do erimus coniuncti & intellectu & voluntate per viſionem & amorem. Libertatem hāc Chriſtianam nanciſcimur per gratiam charitatem & ſpiritum ſanctum 2. ad Cor.3. vbi ſpiritus Domini ibi & libertas: qui ſpiritus reddit mentes liberas, aſſiſtit in tribulationibus vt mitiget & faciat, vt cooperentur in bonum, Rom.8. ad gloriam Dei primum, Phili.1. Magnificabitur Chriſtus in carne mea ſiue per mortem ſiue per vitam. Item ad commodum proprium & eccleſiæ. Idcirco gaudent in tribulationibus, Rom.5. certi de gloria æterna ad quam peruenitur per tribulationes, Rom.8.2.Cor.1.& 2.ad Timot.1. Act.14. In illa vita erit conſummata libertas. Spiritualem hanc & veram libertatem ignorantes Ethnici in tribulationibus & calamitatibus fracti ſunt impatientia, deſperatione, &c. nullam habētes conſolationem. Vnde plurimi ſibi cōſciuerunt mortē, vt Hannibal, Cleopatra, Cato, Polycrates, Nero, &c. Seruitus

Ioan.17. *2. ad Cor.3.* *Rom.8.* *Philip.1.* *Rom.5.* *Rom.8. & 2.Cor.1. & 2.ad Tim.1* *Act.14.*

peccati affert mala innumera ſed libertas à peccato innumera bona,quę per ſolum Chriſtũ nobis cõtingit cuius fide iuſtificati ex ſeruis peccati,fim⁹ filij liberi.Quapropter nõ poteſt diabolus accuſare nos
Apoc.12. Apoc.12. proiectus eſt accuſator fratrum
Rom.8. non lex Rom.8.Quis accuſabit aduerſus filios Dei? Deus eſt qui iuſtificat, quis eſt qui condemnet? Nedum autem ſumus liberi ab omni accuſatione, quinimo ab ipſius legis maledicto per Chriſtum, in quo deriuata tota ira patris aduerſus peccatum.Eſa. 53. Dominus poſuit iniquitates omnium noſtrum. Ideo dicitur maledictum ſacrificium & victima pro peccato. En primum gradum libertatis Chriſtianæ qui oſtendit Deũ nos habere protectorem, defenſorem, amicum, vt non timeamus quicquid nobis obtigerit afflictionis & calamitatis. Alia pars libertatis eſt quia per Chriſtum datus eſt nobis ſpiritus ſanctus qui illuminat mentes noua luce, & fugat tenebras peccati, facítque nouos motus in voluntate, aufert timorem,& affert amorem.
1.Ioan.4. 1. Ioan.4. nos gubernat & agit,
Rom.8. Roman.8. dat auxilium vt obediamus legi non coacti & detur re-

miſſio peccatorum, imputetúrque nobis iuſtitia Chriſti. Roman.8. & 10. Is gradus reddit nos certos quod à ſpiritu ſancto adiutemur & gubernemur. Hæc conſolatio ſolabatur patres vtriuſque teſtamẽti, patriarchas, prophetas, Apoſtolos, Stephanum, Laurentium: quam conſolationem non ſenſerunt in ſuis calamitatibus Gentiles, Pompeius, Themiſtocles, Cicero, hannibal, M. Antho, &c. De illo ſpiritu Luc.11. Pater dabit ſpiritum bonum petentibus ſe. In magnis periculis manet illa libertas, in quibus premimur vt ſerui ſub iugo. Illam libertatẽ non poteſt mundus neque dare, neque auferre. Illam habuit Ioſeph in carcere, Daniel inter leones, inter carbones Laurentius. Tertius libertatis gradus eſt eſſe liberum à lege: pro qua libertate eminùs & cominùs certat Paul. ad Rom. Galat. Philip. Coloſſ. vt eximat nos cæremonialibus & iudicialibus: Nam ex Rab. Moyſe Ben Maimon lex habebat 613. præcepta 218. affirmatiua & 365. negatiua. Quorum potior pars pertinebat ad ceremonias, ad tempus impoſita ad probandam obedientiam, vt præceptum Adæ, item vt ab idololatria

Rom.8. & 10.

Luc.11.

Hierem.7. auocarentur. Hierem. 7. Non ſum locutus de verbo holocauſtamatum & victimarum cum patribus veſtris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Ægypti. Non enim dederat Moyſi niſi decem verba quibus explicatur lex naturæ: ſed videns eorum propenſum animum

Exod.32. ad idololatriam. Exod. 32. Addidit 103. præcepta cæremonialia, quæ continebāt eos in Dei cultu: erant figuræ & vmbræ Chriſti & rerum Eccleſiæ cultúſque ſpiritualis, quem illi non attendentes ſolis externis inhærebant: quos cultus internos ſæpe expoſuit Chriſtus & Paul. Ro-

Rom.2. Coloſſ.2. 1.Cor.10. Act.15. man. 2. Coloſſ.2. & 1. Cor. 10. Erant illa importabilia Act. 15. quæ conſummata ſunt in Chriſti paſsione, & reſurrectione. Vnde quando poſt mortem Chriſti interiit Reſpub. Iudæorū, ceſſarunt illa mandata tum cæremonialia tum iudicialia,

Gen.49. Heb.7.&8. ſicut tabulæ Solonis Athenis, & decemuirales Romę. Iudicialia ſiquidem deſierunt ablato ſceptro & cęremonialia ablato ſacerdotio & deſtructo templo Hebr. 7. & 8. Nam à Chriſto nouum regnum & ſacerdotium orta ſunt: ideo Iudæi non poſſunt ſeruare legalia non habentes neque

que ſacerdotium, neque regnũ quæ vtique haberent ſi Deus vellet illa ſeruari. Item nec moralia poſſunt ſeruare ſine ſpiritu charitatis qui nulli datur ſine Chriſto ad Gal,3. Vnde quæ nunc ſeruant Iudæi ſunt iuſſa Phariſæorum, eorúmque doctorum ſine verbo Dei, lex autem moralis: quæ eſt à lege Dei æterna immutabili & explicatio legis naturæ remanet perpetuò: Lex ſiquidem naturæ docet quod creatura debet ſubijci creatori, eũ ſuper omnia diligere eíq; obedire in iis, quæ iuſſit: item docet quod contra peccatum iraſcatur & quòd iuſtitia eius requirit pœnam peccatorum, quæ tota cecidit ſuper Chriſtũ propter nos. Illa moralis lex eſt onus & iugum importabile viribus noſtris.Eſa. 9. & Actuũ.15.Primò quia ſine ſpiritu charitaris alleuiante ſed eſt cum ſpiritu timoris, Rom.8. & Hebr. 10.Irritam quis faciens legem Moyſi ſine vlla miſeratione duobus vel tribus teſtibus moritur vnde illo ſpiritu timoris actus vellet non eſſe neque legem, neque legiſlatorem: ſeruat tantùm exteriùs timore non internè:cum tamen Deus qui eſt mens requirat mentem. Ioann. 4.

Galat.3.

Eſa.9 & Act. 15.

Rom.8.

Heb.10.

Ioan.4.

Veri adoratores adorabunt in ſpiritu & veritate. Atqui per fidem Chriſti datur
Gal.3. nobis ſpiritus ſanctus charitatis. Galat.3. Accepiſtis ſpiritum ex auditu fidei, & nõ ex auditu legis: per quem efficimur ſpiri-
Rom.7. tuales ſicut & lex ſpiritualis eſt. Rom.7. Et ex charitate quæ eſt plenitudo legis,
Rom.8. implemus legẽ. Rom. 8. Qui ſpiritu Dei aguntur hi ſunt filij Dei: tũc enim eſt vera libertas cum ex amore operamur & lętitia. Vnde gratia & charitas faciunt nos liberos, quando non timore ſed amore agimur. Metus ſiquidem legis ademptus
Rom.8. eſt nobis per Chriſtum. Rom. 8. Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis in timore quẽ exhibet lex, ſed ſpiritum adoptionis qui fide nobis præſtatur, per quẽ clamamus & inuocamus Deum vt patrem: & hoc eſt nomen Dei quod nobis prædicauit
Ioan.17. Chriſtus. Ioan. 17. Manifeſtaui nomen tuum omnibus quos dediſti mihi, quod ſcilicet ſis pater eorum reconciliatus beneuolus, & illorum amantiſſimus. Pater, inquit, meus amat vos quia vos me ama-
Ioan.16. ſtis. Moyſes autem prædicauit eum Dominum vindicem, minacem: vnde dicũt
Exod.20. Exo.20. Non loquatur nobis Dominus.

Ideo illa lex cum màximis terroribus da-
ta.Exod.19.& Hebr.12. Illi enim ſub lege *Exod.19.*
ſunt, qui timore obſeruant legem : ſed in *Hebr.12.*
lege qui amore obſeruant etiam ſi non
eſſet lex 1.Timoth.1. Iuſtis non eſt lex po *1.Timot.1.*
ſita.Hi autẽ qui ſunt expertes fidei Chri-
ſti, ſtant ſub maledicto legis, habéntque
legem eos accuſantem tam naturę quam
Moyſi. At nihil damnationis eſt iis, qui *Rom.8.*
ſunt in Chriſto Ieſu per legem ſpiritus
vitæ, per quem aſſerimur à lege pecca-
ti & mortis in libertatem filiorum Dei
vt iuſtitia legis in nobis impleatur per
Chriſtum. Vnde poſſumus inſultare legi
accuſanti dicentes. Quid tu iudicas alie-
num ſeruum? Nam ſerui Chriſti ſunt ma-
ximè liberi.

De libertate à legibus humanis. CAP.22

ASſertores libertatis carnis,
de quibus præmonuit nos
Petrus & Iudas, aſtruunt *1.Pet.2.*
nos liberos à conſtitutio- *& Iude.*
nibus humanis. Vnde di-
cunt ritus & conſtitutiones Eccleſiæ in
adiaphoris non mereri remiſſionem pec-
catorum, non eſſe iuſtitiam euangelij &

quod non aſtringant ad peccatum. Quare extra caſum ſcandali poſſunt omitti ſine peccato. Item ſecundum eos proſcribuntur hæ conſtitutiones, Ezech. 20.

Ezech.20. *Eſa.29.* *Matth.15.*

Eſa.29.& Matth.15. Sine cauſa me colunt docentes doctrinas & mandata hominũ. Dicũt præterea quod ſine verbo Dei nõ ſunt fingendi cultus diuini, quemadmodum Iudæi commenti ſunt, Exod.32. Et Hieroboam, 3.Reg.12. Itidem & gentiles.

Exod.32. *3.Reg.12.*

Nam vera Dei cognitio inuocatio & voluntas petenda ſunt à verbo Dei. Quapropter dicunt oblationem in miſſa, inuocationem ſanctorum, cœlibatum perpetuum ſacerdotum eſſe contra verbum Dei. Ritus tamen (inquiunt) ordinati, pro bono regimine & ordine ſeruando, in eccleſia obſeruandi ſunt præter opinionem iuſtitiæ aut neceſſitatis. Nam hoc pugnat contra doctrinam euangelij & fidei (qua ſola iuſtificamur) ſi aſtruamus illas conſtitutiones placare iram Dei, ad promerẽdam gratiam & remiſſionẽ peccatorum. Hinc ſuſtulerunt delectum ciborum, aliáſque conſtitutiones ſanctas à principio naſcentis Eccleſiæ receptas: eo quòd ſtatueremus abſtinentiam aliáſque

conſtitutiones vtiles ad promerendam gratiam : ſecundò quia diuinis mandatis præferebantur, & tertiò demũ quod grauarent conſcientias: Non enim poterant omnes ſeruari, & tamen iudicabant eas eſſe cultus neceſſarios. Quamobrem dãnant omnia bona opera abſtinẽtiam monaſticem, vota, &c. En ruinam & exitium & pietatis & totius Reipublicæ Chriſtianę, hoc noſtro infœliciſſimo æuo. Pro reſponſione autem animaduertendum eſt primùm quòd veri Dei cultus ſunt in ſpiritu, Ioan. 4. Veri adoratores adorabunt in ſpiritu & veritate, & pſal. 49. Immola Deo ſacrificium laudis, & redde altiſsimo vota tua, inuoca me in die tribulationis, eruã te & honorificabis me. De quibus affatim, Roma. 2. & 6. & Philip. 3. & Coloſ. 2. Attamen quãdiu ſumus in carne opus eſt cęremoniis externis, ſine quibus labimur in atheiſmum. Iſraelitę enim imo tota eccleſia ab Abel habuit ſuas cæremonias, quas reſeruarunt etiam gentiles poſt confuſionem linguarũ, Gen. 11. Vnde quia audierant ex doctrina Adæ aliorúmque iuſtorum qui præceſſerunt cataclyſmum, & item ab ipſo Noe quòd

Ioan. 4. *Pſal. 49.* *Roman. 2. & 6.* *Philip. 3.* *Coloſſ. 2.* *Gen. 11.*

olim immolãdus eſſet homo pro reſtauratione generis humani, immolabant homines ſeruabántque ritus aliorum ſacrificiorum more populi Dei, qui per illa ſacrificia proteſtabantur fidem vnici ſacrificij expiatori Chriſti: cuius fide aſſequebantur remiſsionem peccati tum originis tum etiam aliorum, & incorporabantur Chriſto fide & amore: & ſic manducabant ſpiritualiter Chriſtum hominem,
1. *Cor.*10. 1. Corint.10. Patres noſtri eãdem eſcam ſpiritualem manducauerũt. Habuit Noe ſuas cæremonias. Abraham ſine ſcriptura ſeruauit mandata, iudicia, & cæremo-
*Gen.*26. nias, Gene.26. Iſtæ cæremoniæ pertinent ad alendam ſocietatẽ in eccleſia ad pietatem promouent, ordo & decor ſeruatur in eccleſia. Faciunt etiam ad myſterium: ſic ieiunia & feſta ſtatis temporibus, aliæque cæremoniæ quæ licet cernantur exteriùs, attamen interiùs ſignant ſpiritualia & inducunt ad illa: vt lumen in templo adumbrat fidem, ignis charitatẽ, veſtimenta ſacerdotum virtutes quibus debent armari & ornari. Patet ex Clemente, Dioniſio, Policrate, Origene homilia quinta numeri. Diſciplina enim ſer-

uanda eſt in eccleſia, & harmonia, & ordo: quæ ſine cæremoniis pereunt. Vnde Apoſtolorū conſtitutiones, Act.15. aſtringebāt fideles, & alia quę docuit eos Chriſtus 40. diebus quibus locutus eſt de regno Dei & illius adminiſtratione, Act.1. quæ ore tradiderunt Apoſtoli eccleſię ſine ſcriptura. Vide Auguſtinum ad Ianua. In c. illa. 12. diſtinct. Vnde Lutherus ſub mortem ſuam conquerebatur de ſuis, indiſciplinatis poſt relictas conſtitutiones & cæremonias eccleſiaſticas & quòd lōge melior erat ille populus ſub Papatu. vide nunc confuſionem quæ interceſsit in hæreticis, quot ſectæ, quot conuentitiæ cæremoniæ: Lupus ſiquidem rapit & diſpergit oues poſtquam deſciſcūt à caulis & vnico ouili Chriſti paſtoris. Cū dicunt refractarij iſti, quòd cultus ſine verbo nō placant iram Dei: diuerſum magnoperè habet ſcriptura: Nam ieiuniis orationibus aliiſque placarunt iram Niniuitę ſine verbo mandante, Ionæ 2. Rex indicit ieiunium, cui in ea re tenebantur obedire Niuitæ: quo ieiunio placatus eſt Deus. Item Dauid præcepit ieiunium, 2.Reg.1. Saul, 1.Reg.14. ſine verbo Dei iubente &

Act. 15. Act. 1. Ionæ 2. 2.Reg.1. 1 Reg.14.

cui, tenebantur obedire ſubditi. Vnde parum abfuit quin Saul animaduerterit in Ionathan morte. Vide de Elia, Eliſeo, Rechabitis, Hierem.35. Samuele, Ezechia & aliis: in libr. Reg.1. Eſd. Iud. Heſt. Daniele, Ioanne Baptiſta, Anna prophetiſſa, Luc.2. Anachoretis, quorum ieiunia alięque obſeruationes placuerunt Deo, & pacarunt iram Dei, aliáque plurima beneficia obtinuerunt pro ſe & aliis: & tamen nullum erat verbum ſcriptum iſta iubens. Scripturæ autem quas adducunt, Ezech.20.& Eſa.29. Damnant cultũ idololatrarũ, non ieiunia & alia quibus obtinuerunt miſericordiam & veniam. Nõ eſt recens hęc doctrina damnans & conſtitutiones & cæremonias eccleſiæ Chriſti. Hoc enim primum ſuaſerũt Chærintus, Iouinianus, Vigilantius, contra quos Hieronymus: Itẽ Vualdẽſes, Vuiclefuus, Ioan. Hus, Ioan. de Vueſſalia, & ceteræ id genus peſtes hæreticorum. Videmus plurimas legis trãſgreſsiones nõ puniri morte: attamen inobedientia ſacerdotis dãnatur morte, Deut.17. Ideo conſtitutiones Apoſtolorum communes toti Eccleſiæ, quas obſeruat totus orbis Chriſtianus

Luc.2.

Ezec.20.& Eſa.29.

Deut.7.

ab oriente in occidentem, vt de quadrageſima, verbo ſacramẽtorũ, orationibus pro iis qui in fide deceſſerunt, non cenſentur humani ſed diuini iuris, quas didicerunt ex ore Chriſti ante ſcripturam noui teſtamenti, ſine qua ſtetit Eccleſia lõgo tempore: imò per 2000. annorum ſtetit ſine ſcriptura, Eccleſia. Quantum attinet ad delectum ciborum non eos damnamus quaſi immundos, vt pote qui ſint à malo principio, vt docebãt Marchion, Manes, Tatiani, Eucratitæ, Priſcilliani, Albigenſes: ſed eum delectum obſeruamus pro maiori abſtinentia, & quia minus alunt venerem. Enimuerò illa duo conſtitutionũ genera quæ ponit Auguſt. ad Ianua. in can. illa. 12. diſt. aſtringunt ad peccatum, vt peruium eſt, Act. 15. 1. Cor. 11. & 14. Si enim leges ciuiles quæ ſubſeruiunt corporibus & fortunis, aſtringunt ad peccatum, Rom. 13. Subditi eſtote, nõ tantum propter iram, ſed etiam propter cõſcientiam, multoplus præpoſitorũ Eccleſiæ: quandoquidem ſacerdotium longè præſtat regiæ dignitati ex Chriſoſt. de ſacerdotio & Ambroſio. Vnde, Hebr. 13. Obedite præpoſitis veſtris, maximè quã-

Act. 15. *1. Corint. 11. & 14.* *Rom. 13.* *Chriſoſt. de Sacerd. & Ambr.* *Hebr. 13.*

do iuſſa illa ſeruiunt diſciplinæ, & tendunt ad pietatem. Tametſi iuſtificationẽ, remiſsionem peccatorum, & vim ſalutis non tribuamus neque ciuilibus, neque Eccleſiaſticis decretis ſeu conſtitutionibus, ſed vni Chriſto maximè remiſsionẽ culpæ: nec ſpem noſtram conſtituamus in illis: ſed in Chriſto & eius gratia & ea
Galat.3. cauſa damnat Apoſt. legalia. Galat.3. Co-
Coloſſ.2. loſſ.2. Ipſe interim ſeruauit abſtinentiam,
Act.21. & ſanctificauit ſabbatum. Act.21. Circun-
Timot.16. cidit Timoth. Actuũ 16. tantum damnat quòd tribuatur eis iuſtificatio, & vis ſalutis, quæ vni ſoli Chriſto tribuenda eſt. Itẽ externa obſeruatio iſtorũ eſt inutilis coram Deo, niſi accedat animus, vtens eis in finem pietatis, ad quam ſunt ordinatæ.
Matt.15. Hæc arguit Chriſtus. Matth.15. & tamen modo rectè ordinentur vult ea obſerua-
Matth.23. ri. Matt. 23. Illa oportuit facere, ea tamen conditione, ne præcipua legis & grauiora poſtponantur. Contra illos autem libertinos carnis ſeu magis ſeruos huius temporis, vide Cyprianum ſermone de ieiunio & tentatione Chriſti: Itẽ Hieron.
Hierem.3. in comment. Hierem.3. Nulla inquit hæreſis niſi propter gulam & ventrem con-

ſtruitur vt ſeducat mulierculas oneratas peccãtis.2. ad Timot.3. Pſal.13.qui deuorant plebem meã, &c. Matt.23. Comeditis domos viduarum, &c. Interim tamen vt adimant mœſtitiã conſcientiæ & contritionem peccatorum, cantant ſuos pſalmos humano ingenio compoſitos, vt illis ceu tubis exhortationis inflamment corda ſuorum:ſic olim vſi donatiſtæ, ex Auguſt.ad inquiſit.Ianuar.ca. 83. Vbi fuſiſſimè loquitur de conſtitutionibus humanis. Doctrinam autem quòd conſtitutiones eccleſiaſticæ non ligẽt deſumpſit Mart. ex Geoſ.in lect.6.de vita ſpirit. qui dicit quòd leges humanæ non obligant niſi fundentur in iure naturali vel iure poſitiuo.Vnde(inquit)poteſtates ſuperiores non aliud agunt quam magiſtri legem Dei intimando,vel docẽdo:cuius contrarium ſuperius probatum eſt: nam quemadmodum ſpiritus Pauli cum adulter excommunicaretur.1.Corinth.5.aderat, ſic ſpiritus Chriſti in congregationibus & conciliis catholicæ eccleſiæ Matt. 18.Vbi ſunt duo vel tres cõgregati in nomine meo in medio eorum ſum & Ioan. 14. Non relinquam vos orphanos: vado

2.Timot.2. Pſal.13. Matth.23. 1.Cor.5. Matth.18. Ioan.14.

Lu.10.& 21 & venio ad vos:qui loquitur per os eccle
Matth.10. ſię & per eam obligat & aſtringit ad pec-
2.Corint.2. & 13. catum. Chriſtiana enim libertas non exi-
Matth.5. mit nos obedientia parentum. Matth. 5.
Matth.22. Marc.7. neque dominorum. Matth. 22. & Mar.7.
Hebr.13. neque prælatorum Hebr.13. vt videre eſt
Epheſ.6. Coloſſ.3. Epheſ. 6. Coloſſ. 3. Rom. 13. ad Tit. 2. &
Rom.13. 1.Pet.2. quando enim conſtitutiones ſpe
Ad Tit.2. ctant bonum animæ, conſeruationem fi-
1.Pet.2. dei & charitatis Chriſtianæ, pacẽ & tran-
quillitatem Reip. ad coercendum contumaces & rebelles, ſunt & optimæ & obſeruandæ: ieiunia enim compeſcunt carnis cõcupiſcentiam, feſti dies exciẽt mẽtem vt vacet Deo, faciátque ſpirituale Sabbatũm proficiat in fide & charitate aliiſque internis virtutibus. Paulus enim ſuper Chriſtianos etſi liberos fatetur ſe habere poteſtatem in ædificationem. Et
1.Cor. 11. cum ſtatuiſſet de cœna. 1. ad Cor: 11. inquit ſi quis vult contentioſus eſſe nos talem conſuetudinem non habemus. En conſuetudinem ſine ſcripto de qua non contendendum. Præterea promittit alia ſe ordinaturum ſine ſcripto. Chriſtiana libertas non aufert ius gentium, non legẽ coniugalem, contractus iuramenta, ob-

ſeruantiam votorum,& promiſſorũ, non gradus affinitatis & cognationis in matrimonio quos natura decet ex Auguſt. 16. Ciuit.cap.15. Multa enim ſunt hominum ſtatuta de rebus Reipublicæ neceſſariis & commodis, & ſine quibus ſocietas humana nõ poteſt ſeruari, ex Auguſt. 2. de Doctr. Chriſtiana, de quibus ſcriptura euãgelij ne quicquam ſtatuit. Sine peccato ſiquidem eramus liberi à culpa & miſeria omníque ſeruitute: Attamen fuiſſet diuerſitas talẽtorum & donorum & aliqui præfuiſſent aliis non tyrannicè nec pro ſuo commodo: nulla fuiſſet coacta ſeruitus, quæ eſt ex peccato. Gen. 19. ciuit.ídque poſt diluuium ſcilicet: vnius hominis ſub alio ſeruus dicitur qui captus in bello potuit occidi, tamen ſeruatur vt ſeruiat victori: quod plus cedit in commodum victo, quam victori ſeruitus culpæ & miſeriæ communis toti generi humano. Secunda ſeruitus ſub alio homine eſt particularis: nos eramus ſerui peccati, miſeriæ, mortis: à qua non poteramus eximi,& apprehẽdere vitam æternam. Verum Chriſtus qui nos occidere poterat morte æterna reſeruauit nos li-

Auguſt. 16. ciuit. cap. 15.

Auguſt. 2. de doctr. chriſt.

Gen. 19.

Galat 4. berans à ſeruitute.Galat.4.Heb.9. & ma-
Hebr.9. numiſit nos vt ei ſeruiamus. Hæc ipſa ſer
uitus magna cenſetur libertas & regnare
Quocirca iuſti pro magno honore vo-
cantur ſerui Dei,qui ſeruiunt ei amore &
2.Cor.3. charitate. 2. Cor.3. Vbi ſpiritus Domini,
Rom.8.& 14. ibi charitas Rom.8.& 14. Domini ſumus
1 Cor.7. 1.Cor.7. 2.Cor.5. 1.Pet.4.Prima & maxi-
2.Cor.5. 1.Pet.4. ma libertas eſt in Deo , qui nulli ſubijci-
tur:in ſecundo gradu ſunt beati expertes
omnis mali & confirmati in bono: in ter
tio Adã expers omnis mali ſed non con-
Coloſſ.1. firmatus : in quarto nos Coloſſ.1. eripuit
nos expectantes perfectiſsimam liberta-
Rom. 8. tem in gloria quã ſpe tenemus. Rom.8.

CAP. 23

De pace regni Chriſti.

OMnes prophetæ qui vatici-
nati ſunt de rege Meſſia , &
regno eius promittunt no-
bis pacem perennem à nul-
Eſa.2.9.& 11. lo interturbandam , Eſa.2.
& 9.11. & Pſal.71. quam Iudæi ſibi polli-
Pſal.71. centur per ſuum Meſſiam , ſed tantũmo-
do corporalem . Chriſtus autem non at-
tulit eam ſed potius bella,eorum cenſura,
Matth.10. Matth.10. Non veni pacem mittere , ſed

gladium: & ſecundum Rabbi, Moyſen, Ben, Maimon, fuit cauſa ruinæ Iudæorũ. Ideo non recipiunt Chriſtum noſtrum pro Meſſia licet Rabbi heliezer dicat illam pacem Meſſiæ ſpectandam in ſæculo venturo. Eapropter videndum eſt de triplici pace temporali videlicet & ſpirituali regni Chriſti in hoc ſęculo, & demũ de pace æterna regni cælorum. De prima attẽdẽdũ eſt quomodo Chriſtus venerit tẽpore quartæ monarchiæ, Dan.2.& 7.& Gen.49. quo tempore fuit pax vniuerſalis, vnde, Luc.2. Exiit ędictum à Cæſare Auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis: quæ durauit 115. annis vſque ad deſtructionem templi. Quam pacem infrefregerũt Iudæi per ſuum pſeudomeſſiam Ben cozba ſub quo rebellarũt Romanis. Tempore illius pacis floruerunt ingenia pręclariſſima maximè tempore Octauiani Auguſti Romæ reperti ſunt viginti ſeptem miliones ciuium. Fuerũt tunc permultæ diuitiæ, vt patet in ædificiis & Romæ & hieroſolymis in tẽplo & aliis ædificiis per Hærodem. Nomine enim pacis Chriſtus & Hebræi vocant omnimodam fœlicitatem. Sub illa pace propagatũ eſt

Dan.2.& 7
Gen.49.

Rom.10. euangelium per totum mundū, Rom.10.
Coloſſ.1. & Col.1. Illa enim pax temporalis maximoperè neceſſaria eſt regnis: ſub ea coluntur, horti, agri, vineæ, paſcuntur tutè animalia, homines abundant omnibus bonis, ædificantur villæ, oppida reſtaurantur & ornantur, creſcunt, opes, aluntur voluptates, vigent leges, ſtudia,& artes,inſtituuntur iuuenes, ſenes quieſcunt in otio, virgines ſeruantur in ſua puritate,floret Reipublicę diſciplina, feruet religio, pollet iuſtitia & humanitas. Ob illam pacem Dominus ſuſcitauit illos heroas medios inter Deos & homines philoſophorum iudicio, qui nutu Dei erexerunt monarchias quibus Dominus exhibuit ſua miracula præcipuè Alexandro ex Ioſepho. Enimuerò quatuor monarchiæ Aſſyriorum, Perſarum, Græcorum, Romanorū ſuſcitatæ ſunt Dei prouidentia vt extinctis regulis tyrannis qui ſeſe mutuò conficiebant magno populorum diſpendio,poteſtas eſſet penes vnum publicæ pacis & iuris conſeruandi gratia.
Dan.7. Succurrit nobis,Dan.7.In hac parte. Bona pacis affatim oſtēdit Caſſiodorus epi. lib.1.Pacem docet natura: nam ſimilitu-

do

do cauſa eſt dilectionis,Eccl.13. Item homo eſt animal manſuetum abſque armis natum quod non contingit aliis animalibus, quæ habẽt dentes,cornua, vngues, &c,id genus. Adde quòd omnia quę ſunt hominis pacem ſuadent. Vnde finis belli hominum pax eſt,Augu.19.Ciuit.Veget. libr.3.cap.5. Cicero lib. Officiorum & 10. Eth. Ariſt. Bellamus, vt pacẽ habeamus: ad hoc leges conſtitutæ vt viuamus in pace & quidem cum Deo, qui nõ eſt Deus diſſentionis ſed pacis,1.Corint.14. Optimum ſacrificium Deo gratum eſt pax, Pſal.133. Ecce quam bonum & quam iocũdum habitare fratres in vnum: & paulopoſt, quoniam illic mãdauit Dominus benedictionem & vitam vſque in ſæculum. Dæmon autem θεόμαχος eſt peroſus pacem & ſuſcitat bella, quæ ſunt exitium animarum,bonorum,religionis,iuſtitiæ, legum, virtutum & effrænis tranſgreſſio omnium mandatorum legis naturæ ſcriptæ,& euangelij impunè: Vnum enim ex quatuor peccatis de quibus vix homo poteſt facere ſatis eſt cõſulere bellum maximè iniuſtum. Sicut enim donũ pacis eſt maximum. 4.Reg.20. & Eſa. 38.

Eccl. 13.

1.Cor.14.
Pſal.133.

Gerſ.ſerm. cœna domini

4.Reg. 20.
Eſa.38.

ſic bellum eſt maximè ſignum iræ Dei. Nam poſt excæcationem mentium de qua Eſa.6. 2.Cor.4.& Epheſ.4.qua nunc plectuntur Iudæi.Roma.11. Nullum grauius malum bello, quod refugit Dauid. 2. Reg. 24. Data illi optione plagarum Dei:Siquidem cóncordia res creſcunt & diſcordia maximè dilabuntur. Nam omne regnũ in ſe diuiſum deſolabitur. Matthæi 12. & Luc.11. ſiue ſit monarchia ſiue imperium: bella ſiquidem præſtiterunt accrementum imperio Turcarum hoc inauſpicato æuo, auxerunt hæræticos. Vualdenſes, Huſitas, Lutheran. Zuing. &c. Huiuſmodi peſtes, mala diſſentionũ, contra quas Paul. Roma.16.& ſchiſmatũ in eccleſia impediuerunt innumeras miriades infidelium à fide noſtra ſuſcipienda:& alij qui recenter receperant deſciuerunt à fide: quod patuit tempore Machom. in Manich. Neſtorianis,Iacobitis & conſectanæis Berylli,qui in odium Catholicorũ prodiderunt Machometo Syriam,Ægyptum aliáſque Oriẽtis prouincias: & Sergius Neſtorianus Monachus cum aliis duodecim: ex his quatuor ſectis compoſuerunt Alchoranum Machome-

Eſa. 6. 2.Cor.4. Epheſ.4. Rom.11. 2.Reg.24. Matt.12. Luc.11. Rom.16.

to. Inter quatuor enim flagella Dei (id eſt) famem, peſtilentiam, bellum, & malas beſtias grauior eſt plaga belli, quod eſt lerna & mare omnium malorum. Iccirco pœtæ dicunt bellum ab inferis immitti furiarum miniſterio: Bellum ſiquidē dicitur per antiphraſim quia non bellum, vel à belluis dicitur. De malis quæ attulerunt bella in Græcia, Pannonia, Germania, & Galliis, vide Hieron. epiſtolam ad Heliodorum & ad Geruntiam de monogamia. Dominus enim prohibuit fundere ſanguinem. Gen.9. & veſci ſanguine. Pythag. nolebat animalia occidi. hæc eò ſpectabant vt auocarentur homines ab homicidio quod bellum intēdit. Notandum autem plurimùm eſt quod diabolus diſſidiorum amicus, quādo ſoluetur in fine mundi Apoc.20. Suſcitabit grauiora bella cæteris præteritis, Mat.24. & Luc.21. quæ erunt ſigna propinqui iudicij, quod nunc noſtro diſpendio experimur ex bombardis, ſtlopis, artificialibúſque fulgetris, & cæteris id genus armis: priſcis ignotis. Romani enim tametſi Ethnici & ſine Deo parcebant mulieribus, & pueris: & Gotthi fugiētib⁹ ad ędes

Gen.9.
Apoc.20.
Matth.24.
Luc.21.
Ephef.2.
Gal.4.

ſacras.at nũc nulli ſexui parcitur, vel ætati. Chriſtus rex pacis, venit ad nos tempo
Zach.9. re pacis, Eſa.2. Docuit pacem, Zach.9.&
Ioan.13. 14.17. reliquit in teſtamento pacem, Ioan.13.14.
17. ſint vnum ſicut egò & tu vnũ ſumus.
Roma.14. Hãc pacẽ clamat Paul.Rom.14. 1.Cor.11.
1.Cor.11. Ephe.4. Epheſ.4. 1.Theſſal.5. & 1.Petr.2. pro pace
1.Theſ.5.& 1.Pet.2. alenda iubet Chriſtus:& conſulit, Mat.5.
Matth.5. vt auferenti veſtem detur & pallium, citius quàm interrumpatur pax. Pro pace
Matth.17. ſoluit tributum, Matt.17.ad hoc enim datur tributum regibus, vt quieſcat populus in pace. Iudæis quibus promiſſum regnum tẽporale temporalibus bellis opus
Iudic.3. erat:Iudic.3.& pace quam promittit Do-
Leui.26.& Deut.28. minus, Leuit. 26. & Deutero.28. At nos quorum regnum eſt ſpirituale, opus eſt
Ephe.6. habere bella ſpiritualia de quibus Eph.6. Item pacem ſpiritualem quam mundus
Ioan.14. & 16. non poteſt dare, nec auferre, Ioan.14. & 16. Gaudium veſtrũ nemo tollet à vobis.

Vnde quantò bella ſunt immaniora pro Chriſto contra nos, tantò maior eſt pax.

De pace ſpirituali regni Chriſti. CAP.24

Qvemadmodũ omnia ſuam appetunt fœlicitatem tanquam finem: ita & pacem tanqúam bonum vltimum: quæ eſt coniunctio aliquorum:ex qua reſultat quies, & tranquillitas, quando res eſt in ſuo ordine naturali collocata. Illa verò eſt multiplex quædam corporis & partium eius inter ſe,alia corporis & animæ, alia autem rationis & partis ſenſitiuæ,alia hominis ad Deum cuius legi obedit,alia verò hominum inter ſeſe & concordia ſub eadem lege:alia hominis ad animalia,aliáſque creaturas: poſtrema æterna cum Deo, quando expertes omnis mali cum peccati, tũ pœnę, cõiungemur vni Deo:à quo proceſſimus vt ſicut ille eſt & nos ſimus, Ioan.17.& 1. Ioan.3. Hanc autem multiplicem pacem amiſſam in Adam,recepimus in Chriſto, licet æternam nõ poſſideamus integram niſi merito Chriſti nobis exhibito & ſpe. Sed primùm expendendum eſt de pace hominis cũ Deo, quam amiſeramus per peccatum.Iniquitates(inquit)veſtrę diui-

10. *Eth* & 19. *de ciuit.*

*Ioan.*17. & 1.*Ioan.*3.

Eſa.59. ſerũt inter vos & Deum veſtrum, Eſa.59.
Qui armauit omnem creaturã aduerſum
Sapient.5. nos Sapient.5. certant contra nos indefeſſè mala peccati ſeu culpę & pœnę peccatorum. Vnde clamamus, Libera nos à malo. Noſter autem Salomon rex pacis
Eſa.9. Chriſtus, Eſa.9.conciliata nobis patris amicitia,attulit pacem quam promiſerunt prophetæ,acclamarunt angeli. Illam vo-
Matth.10. Luc.2. Rom.10.& 2. Cor.5. luit & Apoſtolos & nos prædicare, Matt. 10.Rom.10.& 2.Corint.5. Teſtis illius pacis eſt pater,Mat.17.hic eſt filius meus di-
Matt.17. lectus,in quo mihi complaceo,per quem alij mihi placent tanquam per eum recõ-
Ephe.1. ciliati, Ephe.1. gratificauit nos in dilecto
Rom.5. filio ſuo & Rom.5.Cum inimici eſſemus, ſecundũ tempus reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius. Item teſtis eſt ſpiri-
Rom.8. tus ſanctus, Rom.8. Spiritus conteſtatur ſpiritui noſtro quod ſumus filij Dei:hanc teſtantur angeli, apoſtoli,& omnes creaturæ: illam pacem adepti ſumus per vnicum Chriſtum quem ad hoc dedit no-
Eſa.9. Ioan.3. bis pater, Eſa.9. & Ioan.3. idque ex bona voluntate & gratia Dei, non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam.Enimuerò Chriſtus

qui eſt pax & reconciliatio noſtra, attulit remiſſionem peccatorum. Ioan. 1. Ecce agnus Dei ecce qui tollit peccata mūdi, & ſaluum fecit populum ſuum à peccatis eorum. Coloſſ. 2. Pacificans per ſanguinē crucis eius, ſiue quæ in cœlis, ſiue quæ in terris ſunt facta: ſiquidem remiſſione peccatorum quæ erāt cauſa diſſidij cum Deo. Eſa. 59. & Sap. 14. ſublato peccato & data gratia reconciliamur Deo: quam reconciliationem demum ſequitur pax, & tranquillitas mentis, à mordente conſcientia. Roma. 2. cogitationibus inter ſe inuicem accuſantibus, &c. Fide autem conſequimur illam pacem. Rom. 5. Iuſtificati ex fide, pacem habemus ad Deum, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtū: Nam fide ingeritur menti noſtræ, quòd Chriſtus pro peccatis noſtris dependit. Vnde ſi cor noſtrum reprehenderit nos, Deus maior eſt corde noſtro. 1. Ioan. 4. Hāc autem pacem effert Salomon ſuper omnia quæ in hoc mundo poſſunt deſiderari cum enim commemoraſſet delicias, honores, & diuitias mundi, tandem intulit Eccleſiaſti. 1. hæc omnia vanitas, & afflictio ſpiritus. At ſecura mens quaſi

Ioan. 1. *Matth. 1.* *Coloſſ. 2.* *Eſa. 59.* *Sap. 14.* *Rom. 2.* *Rom. 5.* *1. Ioan. 4.* *Eccl. 1.*

Prouerb. 15. iuge conuiuium, quæ affert nobis indicibilem lætitiam. Roma. 14. Regnum Dei non eſt eſca, neque potus, ſed iuſtitia, quã fide conſequimur, & pax & gaudium in in ſpiritu ſancto. Nã fructus ſpiritus fidei, eſt iuſtitia, & pax, & gaudium in ſpiritu ſancto. Huius pacis expertes ſunt quotquot extra Chriſtum degũt. Non eſt (inquit) pax impiis. Eſa. 48. Alia autem pax eſt erga nos quæ ex priori proficiſcitur quam largitur nobis ſpiritus ſanctus mortificans concupiſcentiam noſtram ne dominetur in nobis. Roma. 8. ſi ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Is ſpiritus concupiſcit aduerſus carnem vt non litiget cõtra Dei mandata, ſed faciat ex amore: hæc pax amica eſt virtutum, diſcordãs à vitiis. Fac (inquit Auguſt.) iuſtitiam, & habebis pacem. Oritur etiam ex pace Chriſti pax cum proximo, quæ eſt teſſera filiorum Dei. Matth. 5. beati pacifici, quoniam filij Dei vacabũtur. Diligite inquit inimicos veſtros, & benefacite iis qui oderunt vos: vt ſitis filij patris veſtri qui in cælis eſt. Illa eſt teſtamentaria quam legauit nobis Chriſtus moriens. Ioan. 13. & 14. Illa enim pax cum charitate nobis

Rom. 14. *Galat. 5.* *Rom. 8.* *Auguſt. de vera innocentia.* *Matth. 5.* *Ioan. 13. & 14.*

infunditur ex Auguſt. ſuper Ioan. Charitas ſemper habet pacem, quam facit. 1. ad Corinth. 13. Illa eſt quæ facit duos popu- *1. Cor. 13.* los vnum. Epheſ. 2. Spiritus enim qui eſt *Epheſ. 2.* nexus patris & filij, per charitatem vnit membra corporis Chriſti. Coloſſ. 3. Pri- *Coloſſ. 3.* ma pax cum Deo oritur à gratia, per quã eſt peccatorum reconciliatio cum Deo, *Aug. lib. retract.* & tranquillitas mẽtis: qui habet eam, habet pacem cum omnbus creaturis. Diligentibus enim Deum, omnia cooperantur in bonum. Rom. 8. Illa pax conplecti- *Rom. 8.* tur remiſſionem peccatorum, adoptionem in filios, pacem & victoriam, in vita & morte vitam & æternam fœlicitatem, ad quam fit tranſitus per mortem. Ioan. *Ioan 3. & 5.* 3. & 5. Illam nõ dat lex, ſicut nec gratiam: ſecus non eſſet gratia. Roma. 11. Si autem *Rom. 11.* ex operibus, iam non eſt gratia, ſed datur per fidem Chriſti, per quã credimus promiſſionibus Dei. Vnde illa reddit nos ſecuros & certos de remiſſione peccatorũ, & benignitate diuina facit nos amicos Dei. Ioan. 15. & 16. ſed amicorum omnia *Ioan. 15. & 16.* ſunt communia: ideo pater cum Chriſto dedit nobis omnia. Roma. 8. Non eſt re- *Rom. 8.* conciliatio illa cum Deo, ſicut eſt mundi

reconciliatio: de qua dicitur ab inimico reconciliato, Libera nos & maximè hoc proceribus contingit. Ac Deus longè ſecus plus ſe beneuolum exhibet reconciliatis, quam iis qui ſine peccato vixerũt. Quod patuit de Petro, Paulo, Magdal.

Luc.15.& 19. Matheo, latrone & publicanis, Luc.15. & 19. Illam pacem nullus poteſt nobis neque dare, neque auferre niſi conſentiamus peccato. Illam habemus inter paſſiones & tormenta huius ſæculi, Ioan.16. In mundo preſſuram habebitis: in me autẽ pacẽ. Nam illa affert fœlicem ſucceſſum & fœlicitatem, quam expectamus. Nõdũ enim eſt illa pax abſoluta: quandiu ſumus vallati peccatis, pœnis, mundo, malis hominib⁹, & diabolo. Idcirco oramus quotidie libera nos à malo: quod erit cũ per Chriſtum deueniemus ad pacem triumphantis eccleſiæ: quãdo erimus ſine culpa, ſine macula, ſine ruga, ſine pœnis: in libertate filiorum Dei: qui non eſurient neque ſitient amplius: quibus abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum & mors vltra non erit neque luctus neque clamor neque dolor. Tũc erimus ſeparati à diabolo & membris ſuis. Mat.3.

Ioan.16.

Eſa.49. Apoc.7. Apoca.21.

Math.3. & 26.

& 26. Illius pacis nullus erit finis. Sedebit Eſa.9.
inquit populus meus in pulchritudine pa
cis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opu
lēta, Eſa. 32. Illa eſt pax quæ exuperat om-
nem ſenſum : quam optabat Symeon,
Luc. 2. Nunc dimitte ſeruum tuum Do-
mine in pace. Vnde quemadmodū om- 1. de cœlo.
nis motus eſt ad quietem, ſic noſtri co-
natus ad illam quietem & pacem: ad quā
opus eſt peruenire per bella: ſicut Chri-
ſtus, Luc. 24. Nō coronabitur niſi qui le-
gitimè certauerit ceu cataphractus miles
Ieſu Chriſti.

De præliis militum regni Chriſti. CAP. 12

CHriſtus nouus homo cœleſtis, ex filio Dei factus eſt filius hominis, & hominū ſeruus: etiam impiorum: ſubmiſſus pontificibus malis, Ethnicis hominibus, adeóque omnibus incōmodis noſtris dempto peccato, Hebr. 2. & 4. vt nos vindicaret in libertatem: Imò ex ſeruis peccati, & dia- Heb. 2. & 4
boli redderet filios Dei: qui ex amore magna animi libertate ſeruiamus illi. Non enim nobis impartitus eſt libertatē carnis, quam meditantur Chiliaſtæ & Ana-

Eſa.60. baptiſtæ: contra quos Hierony. Eſa.60.
Matth.19. & Matt.19. tantum in ſuo primo aduentu liberauit nos malis culpæ,aliiſque prępedientibus ab ingreſſu paradiſi occluſi,
Gen.3. Gen.3.non à malis corporis quæ promo-
Matth.5. uent noſtram ſalutem. Vnde quandiu vi-
2.Cor.1. uemus in hac militanti Eccleſia, cõtinuo
Iaco.1. *Act.14.* certamini expoſiti erimus. Nam militia
Rom.8. eſt vita hominis ſuper terram. Chriſtus
1.Pet.1.& 2 *Iob 7.* rex triumphator, reliquit nobis pacẽ ſpiritualem cum Deo & conſcientia noſtra: ſed interim reliquit nos in campo certaminis: vt per bellum tandem ad pacem
Matt.10. deueniamus. Vnde, Matth.10. Ecce ego
Rom.13. mitto vos ſicut oues in medio luporum
2.Cor 10. *Eph.6.* & Ioan.15.Si me perſecuti ſunt &vos per-
1. Theſ.5. ſequentur. De bello & armis militũ Chri-
1.ad Tim.6 ſti,Rom.13.2.Cor.10.Eph.6.1.Theſ.5.1.ad
2.Timo.2.3 *& 4.* Timo.6.2.Timot.2.3.&4.Heb.11. Gen.3.
Hebr.11. & Eccle.3. Vnde bella patrum veteris te-
Gene.3. *Eccle.3.* ſtamenti fuerunt figura noſtrorum ſpiri-
Grego.31. tualium, Grego. 31. Moral.& 23. quæſt.1.
Moral. & *23.quæſt.1.* niſi bella. Item Auguſt.12. Ciuit.16.& 22.
Auguſt.12. c.24. Quapropter in baptiſmo vngimur
Ciuit.16.& vt milites, vnde dicimur Chriſtiani vn-
22.c.24. *1.Corint.1.* cti: Chriſtus tamen qui in pace eſt præ-
& 15. mium,in bello eſt virtus,1.Cor.1.& 15.qui

nuſquam nõ adeſt ſuis militibus. Ego(inquit)vobiſcũ ſum omnibus diebus. Adeſt & ſpiritus ſanctus, induens nos virtute ex alto, cui non poterunt reſiſtere neque vires, neque verba, neque ſapientia mundi: per quem eccleſia terribilis eſt vt caſtrorum acies ordinata, inexpugnabilis: primùm à Chriſto fundata, & doctrina & miraculis Apoſtolorum. Ideò in fundamento ponuntur nomina eorum. Apoc. *Apoc.21.*
21. Item rigata ſanguine martyrum, confirmata in fide per doctores ex ſcripturis ſacris & earum interpretationibus, à con feſſoribus, orationibus, & exemplis. Attamen manebit in cruce vſque ad conſummationem ſæculi & interitum mundi. Deus enim hoc ſtatuit vt omnes electi ſint cõformes Chriſto in paſſionibus: *Rom. 8. 2.Cor.1. 2.Timot.1. & 3.* crux enim eſt ſignum regis Chriſti, & militiæ eius & teſſera filiorum Dei, qui corripit omnem filium quem diligit Hæbr. *Hebr.12.*
12. Sed quomodo Chriſtus qui non gaudet malis noſtris ſed compatitur, voluit nos ſubijcere his calamitatibus? Nam omnes qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu *2.Tim.3.* perſecutiones patiuntur, vel internè per tentationes & anguſtias ſuper afflictio-

nes proprias, vel errores peccati, aut mor-
Pſal.16.17. tis Pſal.16.& 17. vel ſuper malis eccleſiæ
& proximorum, vt Hieremias, Daniel,
Rom.9. 2.Cor. 11. Nehæmias, Paulus Roma.9. 2.ad Cor.11.
& 12. & 12. vel patiũtur externè perſecutiones
Matth.5.& 23. vt prophetæ Matth.5.& 23. Apoſtoli Act.
Act. 4. 5. 6.7. 4. 5. 6. 7. aliíque ſancti & iuſti Hebr.11.
Heb.11. Sed nota primùm quòd cauſa mortis &
malorum huius vitæ, non eſt fortuna ne-
que fatum neque influentiæ cœlorum,
Eſa.45. ſed Deus Eſa. 45. Ego Dominus faciens
Tren.3. pacem & creãs malum, &c. Tren.3. Quis
dicit vt fieret non iubente Domino &
Am.3. Am.3. ſi eſt malum in ciuitate quod non
fecerit Dominus malũ videlicet pœnæ.
Sed ſcaturigo omnium malorum eſt pri-
Rom. 5. mum hominis peccatum Roma. 5. à quo
corrupta humana natura quæ habet etiã-
num alia peculiaria peccata quibus ac-
cerſit iram Dei prauis cupiditatibus vt
Cayn, Eſau, fratres Ioſeph, regnum Iſrael
decem tribuum: demum regnum Dauid
in quo remanſerat cultus Dei: ſed vide iu-
ſtitiæ Dei animaduerſionem. Ad illa ſce-
lera incitat diabolus vt irritetur ira Dei
Gen.3. & creſcant mala noſtra quæ ex inuidia &
Luc.11. odio nobis optat de quo Gen. 3. Luc.11.

1.Pet.5. Apoc.12.& toto libro. Licet enim mundus aſſiduè affligatur morbis, mortibus, ruinis regnorum, regum, ciuitatum, &c. eccleſia tamen Dei multò grauiora patitur. Ioan. 16. Mundus gaudebit: vos autem contriſtabimini. Sæuiunt impij in pios & denique mundus totus Geneſ.3. inimicitias ponam inter ſemen tuum, id eſt filios tuos: & ſemen mulieris, id eſt filios eccleſiæ: quod patet Ioan.15. 16.17.& Hebr. 11. Lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, quibus dignus non erat mundus: patitur Abel à fratre, à fratribus Ioſeph, ſic Iſaac & Iacob à fratribus à nepote, Eſay. Hieremias à regibus, pōtificibus, & prophetis, Chriſtus à pontificibus, Hærode, Pilato, Iuda, &c. Deficeret me tempus ſi recenſuero quid patres, quid prophetæ, quid Apoſtoli, quid denique omnes pij paſſi ſunt in hoc militantis eccleſiæ campo: quæ eſt vnica Dei hæreditas propter quam creatur mundus Hierem.32. Si nō eſſet fœdus meum cum eccleſia ſcilicet, ſtatuta cœli & terræ non poſuiſſem propter quam omnia bona veniunt in mundo Auguſt. Math.5. Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, ſed propter bonos:

1.Pet.5. Apoc.12. Ioan. 16. Gen.3. Ioan.15.16. & 17. Hebr.11. Hier 32. Math.5.

propter eam durat mūdus, vnde finis ecclesiæ erit exitium mundi. Illa enim ſemper fuit in paucis Dan. 9. Imminuti ſumus pluſquam omnes gentes: quæ dicitur puſillus grex. Luc. 12. & aſſiduis agitata procellis & tamen durat pluſquàm omnes monarchiæ imperia & regna. In quo maximè relucet Dei prouidentia, contra Epicurum. Illa enim exauditur, liberatur, ſuſtētatur in ſuis tribulationibus per quas Deus vult oſtendere iram ſuam contra peccatum toti generi humano commune, atque alia particularia etiam minima quibus non caret eccleſia. 1. Ioan 2. Si dixerimus quod peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, &c. Oportet, inquit, vt iudicium incipiat à domo Dei: & ſi primùm à nobis quid iis, qui non credunt euangelio Domini noſtri Ieſu Chriſti? 1. Pet. 4. & Hierem. 25. inquit Dominus: Ecce in ciuitate in qua inuocatum eſt nomen meum, ego incipio affligere, & vos quaſi innocētes & immunes eritis. Vnde Grego. quòties mortem ſaluatoris attendo, & patientiam Iob, & mortem Ioannis Baptiſtæ conſidero, dico tibi ô peccator. hic conſidera quid paſſuri ſunt illi quos

Dan. 9. *Luc. 12.* *Pſal. 4. 33. 49. 90.* *1. Ioan. 2.* *1. Pet. 4.*

quos reprobat, ſi tantum patiuntur quos amat ſi (inquit) in viridi ligno hæc faciũt, in arido quid fiet ? Cum enim iudicamur, à Domino, corripimur vt non cum hoc mũdo damnemur. In morte Chriſti maxima patuit ira Dei contra peccatum. Alia cauſa tribulationũ Eccleſiæ & exercitus Chriſti eſt. Deus enim plurima pollicetur bona ſuis, quæ tamen nõ largitur in hoc mundo: quin potius mali proſperãtur, de quo cõqueritur Dauid, Pſal. 72. Hiere. 12. Iob 21. Abacuc 1. oportet ergo eſſe ſæculum longè melius, & aliam vitã præſtantiorem iſta, & iudicium futurum, in quo puniantur mali & boni remunerantur, in corpore & anima. Alia etiam ratio eſt vt cõtineamur in humilitate, 2. ad Corint. 1. reſponſum mortis accepimus, vt nõ ſimus fidentes in nobis, ſed in Deo qui ſuſcitat mortuos, qui de tãtis periculis nos eripuit. Mihi (inquit) bonum quia humiliaſti me vt diſcamus iuſtificationes tuas. De hoc, 2. Cor. 12. Eſa. 26. & 28. tantummodo ſola vexatio intellectum dabit. Item vt reluceat in eccleſia Dei potentia, bonitas, & prouidẽtia: nam abſque præſidiis humanis ſtat firma contra dia-

Pſal. 72. *Hierem. 12.* *Iob 21.* *Abac. 1.* *2. Cor. 1.* *Pſal. 118.* *2. Cor. 12.* *Eſa. 26. & 28.*

Matth.16. bolum & totum mundum, Matt.16. Adde quod tribulationibus probatur fides, 1.Pe.2. quod patuit in Abraham, Gen.22. & Iob 22. Deuter.8. adduxit te Dominus 40. annis per deſertum, vt affligeret te, atque tentaret, & nota fierent quæ in tuo animo verſabantur. Crux enim eſt quaſi tortura, per quam cognoſcimus nos, & alij cognoſcunt dona Dei in nobis. Item augent ſpem. Rom.5. Tribulatio, patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò ſpem. Item eſt ſignũ vitæ æternæ, Matth.5. beati eſtis cum maledixerint vos, & perſecuti fuerint, &c. gaudete in illa die, & exultate: quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Beati qui nunc fletis quia ridebitis, de hoc, Ioã. 16. Rom.8. 2. ad Timot.2. Act.14. Iacob.1. & 1.Petr.1. Item demum dant occaſionẽ inuocandi Deum, & gratias agendi pro liberatione, Pſal. 49. Inuoca me in die tribulationis, eruam te & honorificabis me. Vide de Iſraelitis in omni captiuitate, de tribus pueris, Daniele, Ioſeph, Dauid, Iona, Suſanna, & Apoſtolis, aliiſque iuſtis. Modus autem quo debeamus perferre tribulationes, eſt patiẽtia ſine mur-

Marginal notes: 1.Pet.2. Gene.22. Iob 22. Deute.8. Rom.5. Matth.5. Ioan.16. Rom.8. 2.Tim.2. Act.14. Iaco.1. 1.Pet.1. Pſal.49.

muratione, Luc.21.Col.1.& Philip.1.Imò Luc.21.
cum gaudio,Iacobi 1.& Rom.5.Illam au- Col.1.
tem patientiam oportet petere à Deo, cũ Philip.1.
ſit donum eius, Gal.5. Pſal.61. ab ipſo pa- Iaco.1.
tientia mea. Hoc enim ſtatuendum eſt Rom.5.
quòd omnia quæ proficiſcuntur à Deo, Gal.5. Pſal.61.
ſunt bona. Iſtæ autem tribulationes ſunt
à prouidentia Dei, ſine qua nõ cadit paſ-
ſer in terram, nec minimus capillus capi-
tis noſtri.Matth.10.& Pſal.32.Qui intelli- Matt.10.
git omnia opera eorum. Dominus enim Pſal.32.
mortificat & viuificat, pro conſolatione
autem noſtra in omni anguſtia, hoc no-
bis perſuaſum eſto, quòd Deus eſt pater
noſter noſtri amantiſſimus. Ioan.16. Pa- Ioan.16.
ter amat vos,qui non permittit iſta nobis
contingere, niſi pro bono noſtro: vt re-
uocet à malo, & inducat ad pœnitentiã.
1.Corint.11. & virtutes, vt viuamus in ti- 1.Cor.11.
more Dei, & ſæpius oremus. Item con-
ſtat nos Deum habere præſentem, cum
tribulamur ad auxilium, mitigationem
tribulationum, vel liberationem omni-
modam, Pſal.33. Iuxta eſt Dominus iis, Pſal.33.
qui tribulato ſunt corde.& Pſal.90. Cum Pſal.90.
ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum,
& glorificabo eum:& Pſal.15.à dextris eſt Pſal.15.

Heb.13. mihi, ne commouemur. Vnde, Hebr.13. Non te deſeram, neque derelinquam: Act.18. quęadmodũ pollicebatur Paulo, Act.18. Noli timere, propterea quòd ego tecum ſum. Item, in tribulationibus dat nouas 1.Cor.10. vires, 1.Corint.10. vult alioqui fidem promiſſionis ſuæ de exauditione exerceri Iaco.1. per orationem, Iacob.1.& Mar.11. Quæ-Mar.11. Matt.6. ramus igitur primùm remiſſionem culpæ, & gratiam. Matth.6. Demum mitigationem pœnæ. Iſtud enim eſt ſacrificium Deo acceptiſſimum, vt offeramus Matt. 6. & 26. illi voluntatem noſtram. Matt.6. Fiat voluntas tua. & 26. Non mea voluntas ſed Iob 2. tua fiat, exemplo, Iob 2. hæc omnia (in-Pſal.43. quit Pſal.43.) venerũt ſuper nos, nec obliti ſumus tui, &c. hoc eſt ſacrificium acceptabile pro amouẽdis malis. Interim obe-Pſal.37. diamus Deo, Pſal.37. Subditus eſto Deo, & ora eum, & cum ſilentio expectes ſalutare Dei.

CAP. 22. *Bella eccleſiæ poſt aditionem Chriſti in cœlum primum à Synagoga.*

Eccleſiæ veteris bella fuerũt quidem grauia, ſed longè grauiora nouæ eccleſiæ; quam fundauit Dominus ex duo-

bus populis.Ioan.10.11.& Eph.2. De quibus tota, Apoc. Vnde dicit cap.12 væ terræ & mari, quia deſcendit diabolus ad vos, habens iram magnam, ſciens quoniam modicum tempus habet, & Dominus, Luc.22. Satanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triticũ, de quo bello. 1.Petr.5. & Ephe.6. cuius immanitas patuit in Iuda, & Apoſtolis: bellum equidem militũ Chriſti, qui dederunt ei nomen, & acceperunt donatiuum, eſt ſicut militum Gedæonis. Iudic.7. & Eſa.9. aduerſum Madian, in quo trecenti ſunt præliati contra centum viginti milia, & vicerunt tubis prædicationis lagenis confractis, id eſt corporibus per mortem, lampadibus accenſis, miraculorum quibus confirmarũt fidem, & oſtenderunt mũdum ſpernendum. Nulli enim ex gentibus ſic ſtrenuè & læti mortui ſunt pro ſua religione, neque Iudæi à morte Chriſti, neq; Macho. Neque eius diſcipuli, Haly, Homar, Hubachar, Zeid, Abdalla, Motalif, Aſſerus, Heleanſerus, Napheas, ſed vi gladij coegerunt ad ſuam fidem. In his præliis duriſſimis & pluſquam Achademicis. Habemus Chriſtum præſentem, bellatorem,

Ioan. 10.11. *Epheſ.2.* *Apoc.12.* *Luc.22.* *1.Petr.5.* *Epheſ.6.* *Iudic.7. & Eſa.9.*

Hier.20. fortiſſimum, Hierem. 20. qui non ſo-
Luc.24. lùm voluit nos armare ſuo ſpiritu, Luc.
24. & ſuis armis: quinimo dedit angelos
Pſal.33. ſuam cœleſtem militiam. Pſal. 33. caſtra-
metatur angelus in circuitu timentium
Pſal.90. eum,& eripiet eos.Pſal.90. & Hebr.1.vi-
Hebr.1. de in Apoc. & Act.4.5.7. & 12.Vnde bel-
Act. 4.5.7. & 12. lum eccleſiæ dicitur angelorum ex Au-
Apoc.12. guſt.Apoc.12.ad adijciendum nobis ani-
mum habemus & orationes vtriuſque ec
cleſiæ.Si enim tantum potuit ſuis oratio-
nibus ad victoriam Moyſes, Ioſue, Da-
uid,quid putas poterit oratio Chriſti in-
Rom.8. terpellantis aſſiduè pro nobis? Roman.8.
Heb.5.7.9. Hebr.5.7.9. quid orationes totius eccle-
ſiæ militantis non poterunt & triumphã-
tis? Sed exponamus de bellis eccleſiæ,
poſtquam Chriſtus receptus eſt in cœlũ,
quandiu ille fuit in terris omne belli pon
dus in eum reſiluit, vt 3. Reg.22.quo ab-
eunte victore, ſuper exercitum ſuum ce-
Matth.10. cidit,id eſt eccleſiam.Matth. 10. Ego vos
Matt.24. Luc.21. mitto.Vide Matth.24.Luc.21.Ioan.15.16.
Ioan.15.16. & Apocal. 12. venit facere bellum. Ali-
Apoc.12. quando diabolus agit draconem,aliquã-
do leonem. primum bellum Apoſtolorũ
& eccleſiæ accepit ſuum initiũ à Iudæis,

à quibus Chriſtus etiam paſſus eſt. Matt. 17.& 27. Heb.10.& 1.Theſſ.2. Inimici ſiquidē hominis domeſtici eius. Mich.7. vnde Zach.12.plagatus ſum in domo eorum qui me diligebant. Poſt Chriſtum perſecuti ſunt eius Apoſtolos, vt patet in actis. Vnde Matth.23. Ecce ego mitto ad vos prophetas, & ex eis occidetis, &c. Tandem videntes ſe non poſſe reſiſtere Apoſtolis,& ſpiritui ſancto qui loquebatur per eos.Matth.10. Luc.21.Act.6.Item miracula eorum etiā maiora quàm Chriſti. Ioann. 14. & audientes eos profunda ſcripturarum eructātes, cum eſſent idiotæ ſine literis. Act.4. conati ſunt aſtu demoliri fidem, & eccleſiam Chriſti. nam plurimi eorum fictè ſuſceperunt baptiſmum, qui interim prædicabant Chriſtū nō eſſe Deum,vt Hæbion,& Chærintus: contra quos ſcripſit Ioannes, vocans eos antichriſtos. dicebant etiam legalia obſeruanda cum euangelio. Actuum 15. transferentes gloriam Chriſti, per quem ſolum eſt gratia, iuſtificatio, reconciliatio,& gloria ad legem: cùm obſeruatio legis & fiducia ſit plena negatio Chriſti.Illi pſeudoapoſtoli fecerunt maximū

Mat.17.27. Hebr.10. 1.Theſſ.2. Mich.7. Zach.12. Matth.23. Matth.10. Luc.21. Act.6. Ioan.14. Act.4.

negocium Apoſtolis, cõtra quos Act. 15. Item Paul in epiſt.Rom. Gal.Phil.Coloſ. & 2.Corint.11. Habuit ſiquidem eccleſia pſeudoapoſtolos,quemadmodum & vetus Synagoga pſeudoprophetas. 2.Pet.2. tandem vicerunt Apoſtoli, de quorum victoria Hylarius 1.Trinit.ſequitur demũ ira Dei ſuper Iudæos primo fames. Act. 11. Derelinquũtur ab Apoſtolis.Matt.23. & Act. 13. Poſtremum ſequitur exitium regni ſacerdotij templi & totius Reipub. Iudæorum ſecundum vaticinium Dan. 9. & Ioan. Baptiſtæ Matth. 3. Iam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt & Chriſti Matth.23.& 24.& Luc.19.Quod quidem exitium interceſſit anno natiuitatis Chriſti 72. & paſſionis 40. à condito templo 526.à creatione mundi 4035. Vnde amiſſo regno,ciuitate, ſacerdotio; & templo, non potuerunt ſeruare neque cæremonialia, neque iudicialia. Nam illa requirebant templum, & iſta ſceptrum quod ablatum eſt. Gen.49. & perſeuerabit deſolatio vſque in finẽ.Dan.9.Oze.3.Tunc patet vindicta ſanguinis Chriſti, quam ſibi accerſierunt Iudæi acclamantes,ſanguis eius ſuper nos,& ſuper filios noſtros.

2.Pet.2. Act.11. Matt.23. Act.13. Dan. 9. Matt. 3. Matt.23.& 24. Luc.19. Gen.49. Dan. 9. Oze.3.

Vnde occiſo capite, viſi ſunt occidiſſe totum corpus myſticum. Iccirco dicit Chriſtus, Matth. 23. vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus. Olim ſiquidem diabolus in inuidiam Chriſti ex Iudæis naſcituri armauit contra Synagogam plurimos reges Ægypti, Babylonis, Aſſyriæ, alióſque finitimos. Item quatuor monarchias, at nō præualuerunt. Pſal. 46. Quoniam ecce reges terræ congregati ſunt, conuenerunt in vnum ſed conturbati ſunt, commoti ſunt, tremor apprehendit eos, contriti ſunt ſicut Naues Tharſis, id eſt, maris Hæbraicè conteruntur à vehementi vento, vt perſpicuū eſt ex lib. Iud. reg. Paral. &c. donec negarunt Chriſtum Meſſiam. eorum tunc deſierunt eſſe populus Dei Dan. 9. Non erit eius populus: qui eum negaturus eſt. Tunc exautorati ſunt, & facti extra protectionem Dei. Matth. 23. Ecce relinquetur, & excæcati: quorum excidium præceſſerunt plurima ſigna irę Dei ex Ioſepho Egeſippo Euſeb. & libr. Sanedrin aliiſque lib. Iudæorum fermè ſimilia iis, quæ præcedent exitium vniuerſi orbis. Matt. 24. & Luc. 21.

Matth. 23. Pſal. 46. Dan. 9. Matt. 23. Matt. 24. Luc. 21.

CAP. 27 *De bello Ethnicorum contra regnum Chriſti.*

CVm Dominus donaſſet pace ſuam eccleſiam, oppreſſa Synagoga, armauit diabolus imperium Romanum, & totam fermè gentem Ethnicã, ad expugnandum regnum Chriſti. Tyberius enim incõſulto Senatu ſtatuit referre Chriſtum inter Deos, factus certior de eius incontaminata vita, & miraculis: quod plurimùm exciuit animum Senatus Romani. Item quia cultus vnius Dei, quem prædicabat, eleuabat Deorũ cultum: quos Romani colebant omnes, vt fauore eorum omnibus regnis potirenrentur. Item quia templa & ſacerdotium gentium ruebat, ſacerdotes & pontifices templorum, quorum quæſtui plurimum detrahebatur, exuſcitabãt immanes perſecutiones. Cæterum Symon Magus Samarites, qui dicebat ſe ſaluatorem mundi deſtinatum, qui nihil nõ poterat apud Neronem, exciebat eum aduerſus Chriſtianos. His addendum eſt, quòd alij magi, diſcipuli Symonis, Meander, Aroes,

2. Eccleſ. hiſtoria.

Arphaxat, edebãt ſigna cõtra ſigna Apoſtolorũ. Item Bencozba pſeudomeſsias, Iudæorum, ingentia pollicebatur, ſæuiebátque immaniter aduerſus Chriſtianos. Philoſophi adoriuntur ſuis rationibus, & oppugnant veritatem fidei. Sed omnia euincunt Apoſtoli, aliique eorum diſcipuli, 2. ad Timot. 2. firmum fundamentũ 2.Tim.2.
Dei ſtat, ex Hilario, proprium eſt eccleſię vt tunc vincat, cum læditur: tunc intelligat, cum arguitur: tunc ſecura ſit, cũ deſeritur: tum obtineat, cum ſuperata videtur, de perſecutionibus Eccleſiæ, Dan. 7. maximè de illis quatuor animaliũ, quorũ primum eſt leena, id eſt tyranni. Gentiles præcipuè duodecim, ex Auguſt. 18. Ciuit. & Oroſio. prima Neronis, qui imperat 13. annos & 7. menſes ſub quo paſsi Petrus, Paulus, Iacobus minor, Mar. & bona pars diſcipulorum Chriſti, & diſcipulorũ Petri & Pauli. Vltimo anno imperij ſui occidit Petrum & Paulum, & illo anno declaratur hoſtis Reipub. & cũ fugeret, videns ſe capiendum, iugulat ſemetipſum anno ætatis ſuæ 32. & anno Chriſti 70. Petrus enim venit Romam anno Chriſti 45. & ſedit Romæ 25. Vnde poſt aſcenſio-

nem Chriſti prædicauit 37. annis duobus menſibus & 24. diebus, & Paulus 34. annis. Moritur vterque anno Chriſti 70. Nero illorum trucidator fuit vltimus ex genere Auguſti, ſub quo turbata eſt pax Romanorum, quæ ſteterat 70. annis. De iſta perſecutione, Euſeb. & Oroſius. Secunda autem perſecutio fuit Domitiani fratris Titi, qui fuit 12. Cæſarum, anno Chriſti 83. qui regnauit 15. annis. Ille ex Eutropio iubebat ſe vocari Deum & Dominum, qui anno ætatis ſuæ 45. declaratus hoſtis Reip. occiſus eſt à Stephano quodam domicillæ procuratore, de quo Suetonius lib. vlt. & Euſeb. lib. 3. cap. 26. & Eutrop. lib. 6. Nerua ſucceſſor Domitiani retractat quæcunque ſtatuerat domit. & adoptat Traianum hiſpanum. Oroſ. lib. 7. & Hierony. in catalogo. Tertia autem perſecutio fuit ſub Traiano 14. Imperatore, anno Chriſti 100. qui tandē oratione Plinij ſecundi mitigauit perſecutionem Chriſtianorum, obiit ventris profluuio apud Seleuciam Iſauriæ. Sub hoc Ioan. Euangeliſta qui 60. annis prædicauerat, videratque ruinam hieroſolymorum, & plurimas Chriſtianorum per-

Oroſ. lib. 7. Hier. in cat.

ſecutiones:reuocatus eſt ab Pathmo quádo omnia Domitiani fuerũt caſſata. Regnat Traian⁹ annos 20.& dies 15.ex Paulo Oroſio nunquam Romani perſecuti ſunt Chriſtianos abſque graui diſpendio & quandiu eos honorarunt,ſucceſſit illis fœliciter.Fócas Martyr,ſub Traiano prædixit mortem eius poſt tres dies, & quòd deducendus eſſet ad loca tormentorum, & ſic euenit.Quarta perſecutio excita eſt ab Antonino Vero, qui dicitur Marcus Antonius,ſed non impunè: Nam ſecuta eſt magna peſtis per totam Italiam,& bella per omnes prouincias Romanorũ,terræ-motus, inundationes fluminum, agmen locuſtarum, & exercitus Romanus vbique fuſus eſt in bello: tamen contra Marchomannos exercitus Rom. fermè oppreſſus erat,ſed Chriſtiani qui in exercitu aderant,inuocarunt Chriſtum,dicẽtes Chriſte adiuua nos. Vnde illico deſcenderunt fulgurá: quæ videntes & timentes Barbari, fuga ſibi conſuluerunt. Quare imperator tribuit Chriſto eam victoriam,& ſententiã in Chriſtianos reuocauit.Quinta perſecutio fuit ſub Seuero, qui in Britannia maiori obiit apud Ebo-

racum. Sexta à Maximiano, non impunè: Nam licet ante viciſſet Germanos, poſtquam cœpit perſequi Chriſtianos, occiſus eſt ab exercitu ſuo, anno 3. ſui imperij. Septima à Decio, qui occiderat duos Philippos, patrem & filium Imperatores Chriſtianos, & inuaſerat imperiũ: ſed citò occiſus eſt cum filio ſuo. Octaua à Valeriano, qui quandiu fauit Chriſtianis, fuit victor: at cum eos perſequi cœpit, Sapor rex Perſarum captiuauit eum: vbi in viliſſima ſeruitute conſenuit. Nam quandiu vixit, habuit eum rex Perſarum pro ſcabello aſſcenſurus equum. Eo tempore Romanum imperium geſſit vbique bella, in quibus mortui innumeri, & omnes fautores & conſentientes illi perſecutioni deleti, amiſerúntque perpetuò Romani Daciam extra Danubium. Vnde Galienus filius Valeriani & ſocius imperij hoc videns territus eſt, dedítque pacem eccleſiæ. Nona obtigit iuſſu Aureliani, in qua innumeri trucidati ſunt. Is Aurelianus hactenus euaſerat victor, qui & triumphauit de Gotthis: ſed poſtquam cœpit perſecutionem, nunquam fuit victor, nec habuit vnũ lętũ diem. Dominus

illũ terruit,& monuit ad reuocandã ſententiã,inſueto fulmine de cœlo,ſigno irę Dei, qui tamen nõ reſipuit, vnde ſtatim occiſus eſt in Græcia. Euſeb. libr.6. & 7. *Euſeb.lib. 6. & 7.*
Decima immanior omnibus extitit tanquã vltima. Nam Dominus volebat ſtatim perſecutionibus eccleſiæ finem imponere. Illa inquã à Diocletiano initium ſumpſit, viro prius obſcuro,ex Salona ciuitate Dalmatiæ, & Maximiano imperij ſocio, vnus horũ perſequebatur in Oriẽte regnum Chriſti, alter in Occidente, qui ſtatuerãt omnino delere nomẽ Chriſti, deſtruebantur eccleſiæ ſeu templa, libri ſacri comburebantur, canebant paſſim cantiones cõtra Chriſtum, Chriſtianámque religionem. Aliquando vno die necabantur centum millia Chriſtianorũ. Vnde latebant ſancti in antris. Hebr.11. *Hebr.11.* In ſolitudinibus errantes,in montibus,in ſpeluncis & cauernis terræ, vt Syluester, Paulus primus hæremita,alióſque myriades plurimæ, quæ profitebantur Chriſtũ. Marcellinus pontifex maximus coactus fuit adolere idolis, licet poſtea pœnituerit publicè,& decollatus eſt pro fide Chriſti. Decimo autem anno perſecutionis,

ob grauem morbum qui eos inuaſit, reuocarunt ſententiam: tandem cum depoſuiſſent imperium, Maximianus à genero ſuo Cõſtantio occiſus eſt Maſſiliæ: Diocletianus verò apud Nicomediam ſeipſum iugulauit, timẽs à Licinio & Cõſtãtio, quibus erat ſuſpectus, eo quòd fauiſſet Maxentio. Poſt imperium iſtorum ſuſcepit ſceptrum imperij Cõſtantius pater Conſtantini, in quo finita eſt perſecutio Roma. Imperij aduerſus regnum Chriſti, quæ durarat 270. annos, & ſub eo ceſſauit idololatria, vt vaticinati fuerant, Eſaias, Hiere. Zach. Quæ idololatria durarat 2300. annos, à tẽpore Nini filij Beli Niniuæ regis. Tunc vinctus Satanas, Apoc. 20. Soluendus poſt mille annos, id eſt anno 1270. Vide quot monſtra hæreticorũ orta ſint ab eo tempore, quot bella inter Chriſtianonos, quot inuẽtiones armorum ad trucidandos Chriſtianos, vnde luce clarius patet ſolutum eſſe Satanã principem tenebrarum, qui immenſis erroribus offundit mentes infœliciũ Chriſtianorum ideo. Lu. 18. Quando filius hominis veniet, putas inueniet fidem ſuper terram? vſque antehac de perſecutione

Gentilium

Gentilium poſt illam ſynagogæ.

De bello hæreticorum aduerſus regnum Chriſti. CAP. 28.

IN vado erat iam eccleſia Chriſti, nacta pacem ex Gentilibus & en ſecundũ animal vrſus, de quo Daniel. 7. erupit hæreticorũ Dan.7. perſecutio videlicet, licet enim in veteri ſynagoga non defuerint hæretici Zaducæi, Phariſæi, &c. & hodie apud Iudæos ſint recepta 17. genera hæreticorum. Tẽpus etiam Apoſtolorum non fuit expers illarum peſtium, quod habuit Hebionẽ, Cherintũ, Nicolaum, pſeudoapoſtolos, hermogenem, Alexandrũ, Ærarium, &c. id genus mõſtra hæreticorum. Attamen nulla hæreſis tantum inualuit, quantum illa Arrij: de qua Hieronym. 24. quæſt.3. Reſecandæ: Arrius in Alexandria ſcintilla fuit, ſed quoniam non ſtatim oppreſſa eſt, totum mundum eius flamma populata eſt. Is Arrius presbiter Alexandris, habens ſpeciem ſanctimoniæ, & nonnihil eruditionis: cum ambiret epiſcopatum Alexãdrinum, & alius fuiſſet electus epi-

ſcopus Alexander, videlicet vir ſanctus & eruditus, cœpit in inuidiam & Eccleſiæ & Alexandri inuulgare hæreſim Hæbionis & Cherinti, extinctam aduerſus diuinitatem Chriſti:ſed maiori aſtu. Nã dicebat illum productum ante omnia ſimilis ſubſtantiæ cũ patre, ſed non ὁμόσιος id eſt vnius ſubſtantię:& erat quando nõ erat,id eſt quòd pater præceſſit filium, & fuit tempus quod non erat filius, qui habuit ſecundum eum prius non eſſe, quã eſſe: non igitur fuit æternus. erat ergo creatura, quia omne non ęternũ eſt creatura. Cui reſpondent Ambroſius, Auguſtinus,& Hylarius in lib. quos ediderunt de Trinitate,aliique plurimi,tam ex Græcis,quàm Latinis. Ille intercedente quodam ſacerdote diſcipulo ſuo, circunuenit Conſtantiam filiam Conſtantini,cuius opera deſciuerunt ad Arrianos tres filij Conſtantini, Conſtantius, Conſtans, Conſtantinus iunior,Catholicorum crudeliſſimi perſecutores. Contra Arrium eò adhuc ſuperſtite, & Conſtantino primo, factum eſt concilium Nycænum in Bytinia, 318.epiſcoporum, vbi damnatus Arrius cum ſuo dogmate:hęretici autem

contra illud concilium congregarũt ſua conciliabula. Laodiceæ & Arimini cœperunt perſequi columnas catholicæ eccleſiæ: Athanaſius Epiſcopus Alexandrinus fugit, & latuit in puteo 6. annos Treueri, in Gallia Belgica: omnes ſiquidem principes cum imperatore coniurauerãt in illum, cui nuſquã patebat tutus locus. Exulat Euſebius Vercellenſis Epiſcopus, Dionyſius Mediolanenſis, Paulinus Treuerenſis, Hylarius Pictan. Martinus Turon. Tunc erant Arriani liberius epiſcopus Rom. Chyrillus Hieroſolymitanus, Georgius Alexandrinus, Auxentius Mediolanẽſis: omnes hi epiſcopi intruſi manu hæreticorum exploſis catholicis, reges Gotthorum & Vuandalorum. Hanc ſectã ſuſceperunt Theodoricus rex Gotthorum. ſæuit in Italia qui occidit Ioan. Papam, Symmachum & Bœtiũ Gotthi. In Gallia & Hiſpania Vuandali, in Affrica maximè Genſericus & honoricus, in illa plures martyres quam ſub Diocletiano. Vocabant catholicos Homouſianos. Illic magna miracula & viri præciſis linguis loquebãtur. Theodoricus mala morte occiſus eſt à Deo, qui viſus eſt poſt

mortē quomodo à Ioan. papa. ſymacho & Bœtio iactaretur. In os Vulcani alij peſſima morte extincti ſunt, Bellizarius magiſtēr militiæ Iuſtiniani expulit Vuandalos ex Affrica, in Hiſpania ſuaſu ſancti Yſidori epiſcopi Hiſpal. & Leandri, Richardus rex Gotthorum ſuſcepit fidem catholicam. Illa perſecutio Arrianorum prorogatur vſque ad tēpora Moricij Imperatoris, & Greg. papæ. In illa perſecutione multi de ſectis & diſſentionibus Chriſtianorum ſcandalizati, deſciuerunt ad paganiſmū, cum eſſent recenter Chriſtiani: alij facti Machometani, ſicut hodie multi ob diuerſa dogmata & ſchiſmata Chriſtianorum fiunt Machom. alij ſunt ſequentes doctrinam Platonicorum & philoſophorum, aſſerētes tantum vnā primā cauſam, negantes Chriſtum, Moyſen & Machometum. Numeratur inter perſecutiones eccleſiæ vndecima à Conſtantio filio Conſtantini in qua innumeri trucidati ſunt, etiam ſuper altaria, vt prædixerat ſanctus Antonius, templa & altaria profanata, multi exilio damnati. At non euaſit manum Dei Conſtantius. Nam ſtatim vbique inſurrexerunt bella

contra eum, & nũquam pace potitus eſt: tandem inopinata morte infœliciter cõceſſit fatis. Contra illum inuehitur Hylarius. In Tholoſanã (inquit) eccleſiã exercuiſti furores: clerici fuſtibus cæſi, diacones plumbo eliſi, & in ipſum (vt ſanctiſſimi mecum intelligunt) Chriſtum manus miſſæ. Arrius viam muniuit Machometo, cuius fuit præcurſor. Duodecima perſecutio ſuſcitata eſt à Iuliano apoſtata, iandudum Chriſtiano & diacono nepote & filio adoptiuo Conſtantij, qui adortus eſt Eccleſiã doctrina ſua, & libris à ſe editis contra religionem Chriſtianã, cui reſpondet Cyrillus. Item ſupprimebat ſcholas Chriſtianorum & incẽdebat libros, plus nocuit ſuo aſtu, quàm armis: qui ſanguinem Chriſtianorũ deuouerat idolis, proficiſcens ad bellum Perſarum in quo occiſus à S. Mercurio martyre iam vita defuncto. Cum regnaſſet annũ vnũ & ſeptem menſes: qui moriens impleuit manum ſuam ſanguine fluente à vulnere eius, quem iaciens in cœlum, clamauit: Viciſti tandem Galilæe. Vnde maximòperè aduertendum eſt quomodo Dominus vltus eſt de perſecutoribus eccleſiæ.

Zach.2. Nam Zach.2. Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei, ex Oroſio libr.7. Sicut fuerunt 10. Imper. Romani Ethnici perſequentes eccleſiam Dei, ita Dominus inflixit decem plagas eis ſicut olim Ægyptiis: quot bella amiſſa Romanis, quot fames, peſtes, terræmotus, fulgura de cœlo, ægritudines, horrendæ mortes, Tyrãnorũ in illa immaniſſima perſecutione 270. annorum, triumphat eccleſia ſine armis, profligatur idololatria quod nunquã potuerunt prophetæ: reportat ſpolia. Nam pro vno qui occidebatur, mille conuertebantur, ex Tertuliano enim ſanguis Martyrum fuit ſeges eccleſiæ, quę eſt terribilis & fortis vt caſtrorum acies ordinata, dominatur in medio inimicorum ſuorum.

Matth.16. Matth.16. Portæ inferi non præualebũt aduerſus eam, extinguntur regna, monarchiæ, &c. At manet eccleſia inexpugnabilis, reportat coronam triumphi,

Matth.5. Matt.5. 2.ad Timoth.4. Apoc.3. Accuſa-

2.Timot.4. bunt ſancti olim ſuos perſecutores. Sap.5.

Apoc.3. *Sapient.5.* & iudicabunt, Matth.19. 1.ad Corinth.6.

Matth.19. Sap.3. Iudicabunt nationes, & domina-

1.Cor.6. buntur populis. Triumphat etiam de hæ-

Sapient.3. reticis: Arrius horribili morte periit: Nã

cum eſſet diſputaturus cum Alexandro epiſcopo Alexandriæ Conſtantinopoli, cum ventrem purgaret, emiſit omnia inteſtina, ſic de aliis, Matth.15. Omnis plan- Matth.15. tatio, quam non plantauerit pater meus, &c. Deu.32. Vbinam ſunt, ceſſare faciam Deut.32. ex hominibus memoriam.

De bello Machometi aduerſus Eccleſiam Chriſti. CAP.29

DVm eccleſia Chriſti eſſet in pace En.3. beſtia de qua, Dan.7. ſcilicet pardus varij Dan.7. coloris, id eſt machometus, à quo cœpit quinta monarchia, quæ plus nocuit Eccleſiæ, quã omnes monarchiæ, vel imperia orbis: de qua Dan,2.& 7. & bona pars, Apoc.& ſybilla Dan.2.& 7 Erithræa de qua ſupra item beatus Methodius martyr fuſiſſimè. Iſta ſecta complectitur omnes errores priſcorum hęreticorum, ſed præcipuè conſtat ex quatuor ſectis hæreticorũ ſcilicet Berilli epiſcopi Boſtraneæ ciuitatis Arabiæ, qui dicit Chriſtum cõceptum ex ſpiritu ſeu flatu Dei, & eſſe tãtùm hominem, cum Hæbione, Chærinto, Arriano, Photino, &

Paulo Samoſetano: dicunt tamen diuinitatem habitare in Chriſto ſicut in quouis iuſto, licet excellētius in eo. Item cōſtat hæreſis Machometi ſecta Iacobitarū, qui baptizantur, & circunciduntur, & ponunt vnam naturam in Chriſto, negántque Trinitatem, qui fuerunt olim excōmunicati, & proiecti ab Eccleſia Græcorum, per Dioſcorum epiſcopum Conſtātinopolū. Item ex ſecta Manichæorum, qui dicunt Chriſtum nō verè paſſum vel mortuum, & idē aſtruit Apelles. Item ex hæreſi Neſtorij qui dogmatizauit Chriſtum habere & duas naturas, & duas perſonas, & quòd deitas non ſit, vnita Chriſto perſonaliter, ſed habitat in eo tanquā in templo vt ſolet in iuſtis, 1. ad Corint. 6. & 2. Cor. 6. & Ioan. 14. Et quòd beata virgo non eſt θεότοκος, id eſt mater Dei, ſed χριστότοκος, id eſt, mater Chriſti, qui damnatus eſt in 3. ſynodo Epheſina 200. epiſcoporum vt patet diſtinct. 15. Canones. Damnatur etiam lege Cęſar. C. de hęret. l. Damnato vnde Sergius monachus Neſtorianus, pro ſuis ſceleribus extruſus ſuo monaſterio, & alij 12. hæreſiotæ iſtarum quatuor ſectarum antè dictarum edide-

1. Cor. 6. 2. Cor. 6. Ioan. 14.

Diſtinct. 15. Cæſar. C. de hæret. l. damnato.

runt Alkoranum (id eſt) collectoriũ præceptorũ anno 620. Arabes ſpreti à Rom. ſoluentibus donatiuum cum conſcriberentur milites cõtra regem Perſarum deficientes ab imperio Romano elegerunt ſibi ducem Machometum, ſub quo occuparunt triplicem Arabiam, Ægyptum in qua tunc habitabant innumeræ centuriæ monachorum & Anachoritarum, quos interemerũt æquatis ſolo monaſteriis, item totam Syriam prodentibus hæreticis eo quòd eſſent excommunicati & præciſi ab eccleſia catholica. Multa ſigna iræ Dei prçceſſerunt ortum Machometi, de quibus alibi ſuper euangelio, Erunt ſigna in ſole, &c. Exin Machom. quemadmodum Hieroban extruxit templa, & fudit vitulos, quos illic repoſuit ne decem tribus adirent templum hieroſolymorũ & reuocarentur ad ſceptrum domus Dauid: ſic ille edidit nouam legem & ædificauit primùm templum ſeu Meſquitum Damaſci, demũ occupauit Perſiã, Meſopothamiã & Caldæam, quo mortuo Abdalla Motalif cũ parte exercitus Machometi venit ad partes Occiduas, & occupat Affricam & Hiſpaniam, deſtruendo

templa Chriſtianorum, & cogẽdo ad legem Machometi. Iomar gener Machometi occupat omnes prouincias Orientis vſque Indũm fluuium. Iſte ædificat tẽplum Salomonis, quod nunc cernitur Hieroſolymis ad honorẽ Dei & Machometi. Poſtmodum anno Domini 1063. ex Scythia ſuperuenerunt Turcæ, qui receperunt legem Machometi, & occuparunt Armeniam, Aſiam minorem, Græciam, & nũc, traiecto Heleſponto, totam Græciam Dalmatiã vſque ad Vngariã, & omnes fermè prouincias ab Hyſtria vſque ad Tauriſium, quod eſt limes regni Perſarum. Deinde anno Domini 1212. venerunt Tartari Machom. & occuparunt Scythiam, & tres Indias, & omnes prouincias vſque Boriſtenem & Tanayn & Ruſciã. Noſtro æuo Iſmael Sophi ſub prætextu religionis, & reformationis legis Machometi cum eſſet concionator inuaſit totam Perſidem, cum prouinciis circũadiacentibus, vt poſſit contendere cum Turca: non diſſimilibus artibus occupauit Charif regnum Fes, Marochiũ, & maiorem partem Affricæ. Inter omnes autem qui preſſerunt eccleſiam eſt mo-

narchia Turcarum qui orti ſunt ex Scythia, dicti Gog & Magog, Ezech. 38. 39. Apoc. 20. Magog eſt filius Iaphet à quo Scythæ: Gog tentorium dicitur lingua Scythica, Magog extra tentorium. Nam Scythæ in tentoriis habitant. Vide Gen. 10. & 1. Paralip. 1. Turca dicitur miles vel populator, Diuus Methodius eos vocat vaſtitatem orbis: Machomet dicitur furor vel indignatio. Secta Machometi edita eſt anno Domini 630. quam nunc profitentur quatuor maiores Imperatores orbis videlicet Tartarus, Perſa, Turca, & Cherif ſeu Caliph. Ruina Imperij Turcici erit ſignum propinqui finis mũdi. Vnde in expugnatione Damiatæ regni Ægypti à ſancto Ludouico repertus eſt liber qui dicebat ſignum certiſſimum totius imperij Turcarum ruinæ quando ſepulchrũ Machometi deſtrueretur: quod factũ eſt à paucis annis per fulgur quod cecidit ſuper ſepulchrum & corpus Machometi quod excidit in abyſſum. Vnde Arabes ſtatuerant relicto Machometo cõuolare ad baptiſmum ſi non interceſſiſſet quidam ſacrificulus illius legis, qui ex ſuggeſtu expoſuit illis Machometum

Ezec. 38. 39. Apoc. 20.
Gen. 10. 1. Paral. 1.

ſibi apparuiſſe ſub noctem, dicentẽ quod Dominus ſtatuerat perdere totam illam Arabiam deſertam, vbi eſt ciuitas quę dicitur Medina Aluabi vbi eſt templum & ſepulchrum Machometi, ſed quòd Macho. à Domino obtinerat quòd tota ira caderet ſuper corpus eius & ſic continuit ſuos in illa brutali lege. Illa autem ciuitas eſt tantum 300. domorum diſſita à Mecha itinere vnius diei. De Machometo vaticinatus anno 300. S. Methodius martyr quem citat Hieronymus in libro illuſtrium virorum cui reuelata Apoc. intelligentia cum eſſet in cacere, apud Calcedoniam. In nouiſſimo, inquit, ſexto millenario ſæculi exient filij Iſmaelis de Heremo, & erit aduentus eorum caſtigatio ſine menſura & miſericordia, & tradet Deus in manibus eorũ omnia regna gentium propter peccata, quæ operata ſunt contra præcepta Dei. Ideo tradet nos Deus in manus Barbarorum quia obliti ſumus præcepta Domini. Facient enim Chriſtiani multa illicita quia maculabũt ſe ipſos adeo quod turpiſſimũ eſt dictu: propterea tradet eos Deus in manus Saracenorum. Perſida erit in captiuitate &

in occiſione Capadocia & in captiuitate & occiſione Cilicia, in tribulatione erit terra Syrię & ſolitudine,& eius habitatores captiui ducentur. Sicilia ſimiliter & habitatores eius in gladio peribunt: Græcia in captiuitate erit & occiſione, Affrica ſimiliter Ægyptij,&c.ibi nominat idem Meth. Aſiam, Hiſpaniam, Galliam, Germaniam & quomodo occidēt ſacerdotes Machometani illi proijcient item reliquias ſanctorum, deflorabunt virgines etiam in templis,& ſuper altaria,ligabunt ad ſepulchra ſanctorum equos, incendēt eccleſias. Illa,inquit, eſt diſceſſio, de qua Paul 2. ad Theſſ. 2. id eſt diſciplina qua corripientur omnes habitatores terræ à Machometánis. De hoc Abbas Ioachim in ſpeculo viſionum lib. 8. cap. 41. Itē hyldegardis quæ prophetauit anno 1079. in lib. Reuelat. Dei, parte 3.c.14. S. Methodius in fine Reuelat. ſuarum cōcludit quomodo poſt caſtigationem Chriſtianorum deſtruetur tota monarchia Machometi appropinquante iudicio.

In ſpeculo viſio. lib. 8. cap. 41.

CAP. 30 *De bello vltimi antichriſti aduerſus regnum Chriſti.*

QVarta beſtia quæ inuadit regnum Chriſti quam Daniel non nominat erit antichriſtus, beſtia,inquam, terribilis atque mirabilis fortis nimis,dẽtes ferreos habẽs magnos , comedẽs atque comminuens, reliqua pedibus ſuis conculcans quę alias deuorabit:tunc finis belli eccleſiæ . Ideo erit bellum Archidamicum & grauiſſimum quale non
Matt.24. Luc.21. fuit ab initio mundi, Matt.24. & Luc.21.
Apoc.20. Tunc erit ſolutus Satan,Apoc. 20. Et nos
relinquemus arma noſtra primùm ſcutũ
Luc.18. 1.Tim.4. fidei, Luc.18.1.ad Timot.4. 2.ad Timo.3.
2.Timo.3. & 2.Pet.3. vnde, Matt.25 . Dicit Chriſtus
2.Pet.3. Matth.25. ſe venturum nocte media , parte obſcuriori , quando mundus erit in profundo
Mat.24. errorũ. Itẽ charitas,Matt.24. 2.ad Tim.3.
2.Tim.3. & 2.Pet.3. Item gladius verbi Dei de quo
2.Pet.3. Ephe.6. Ephe.6.& Heb.4.ſine quo non eſt fides,
Hebr.4. Rom.10.neque alitur. Amos 4.mittam fa
Rom.10. Amos 4. mem verbi,2.ad Timot.4. à veritate qui-
2.Tim.4. dem auertent auditum.Vnde quando eſt
ventura aliqua tribulatio grauiſsima, an-

tecedit contemptus verbi Dei, 2. Paral. vltimo, Hiere.3.11.14. Matth. 10. Si quis nō receperit vos, nec audierit ſermones veſtros, tolerabilius erit terræ Sodomorū & Gomorræorū in die iudicij, quàm ciuitati illi: Sine gladio enim verbi Dei nō eſt victoria, nec ſine fide, Hebr.11.1.Ioā.5. & 1.Pet.5. Attamen electi non peribunt. Ioan.10. Oues meas nō rapiet quiſquam de manibus meis, & nō peribunt in æternum. Matth.24. In errorem ducentur (ſi fieri poteſt) etiam electi. Poſt flagellum concuſſa & contrita palæa, ſub ea inuenitur granum puriſsimum: ſic de piis poſt flagellum Dei. Tunc deſcendet pro nobis pugnaturus Chriſtus, cum ſua militia cœleſti angelorum. Luc.22. Virtutes cœlorum commouebuntur. Pugnabunt & omnia elementa ſicut certarūt pro Chriſto in morte eius. Tunc inimici videntes triumphum & coronas noſtras, turbabūtur timore horribili. Hi ſunt quos aliquādo habuimus in deriſum, &c. Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei. Tunc audiemus vocem inuitantis Chriſti: venite benedicti patris mei. &c. Euge ſerue bone & fidelis, tunc cātabimus cā-

2 Para. vlt. *Hiere.3.11.14.* *Mat.10.* *Heb.11.* *1.Ioan.5.* *1.Pet.5.* *Ioan.10.* *Matt.24.* *Luc.22.* *Sapien.5.* *Matth.25.*

ticum victoriæ nacti pacem æternam,
1.Cor.15. 1.Corin.15. Apoc.5.7.19. Iſta omnia bella
Apo.5.7.19 exuſcitata ſunt à Satana.Gene.3.Inimici-
Gene.3. tias ponam inter te & mulierē, id eſt ec-
cleſiam:tu inſidiaberis calcaneo eius,qui
eſt vel mors vel finis & interitus mundi.
Periclitamur etiam noſtris incommodis
quàm ſint fortia arma Satanæ,quę fermè
totum regnum Chriſti deuicerũt, quan-
doquidem exuimus arma regis noſtri.
Quot Machometati, Schiſmatici,hęreti-
ci: heu zizania ſuffocauit bonum ſemen
Luc.8. agricolæ! Luc.8. nullo vigilante, neque
Hiere.1. eradicante, ſentes,ſpinas, & vepres,Hie-
Eſa.5. rem.1. & Eſa.5. vomere euangelij,de quo
Luc.9. Luc.9. vbi nunc peragrantes mundum
vniuerſum, ad promendum euangelium
Mar.vlt. vt iubet Dominus,Mar.vlt. & Mat.etiam
Matt.vlt. vltimo exemplo Pauli, Ro.vlt.& Act.20.
Rom.vlt.
Act.20. *Impiger extremos currit mercator ad indos,*
Per mare pauperiē fugiens,per tela,per ignes.
Quis eò currit pro ſalute animarum? ex-
ponũtur oues lupis, & paſtores dormiũt:
veternum curant denarios & ſæculi ne-
gotia; ſumunt arma corporalia, non co-
gitãtes quomodo Moyſes plus vicit ora-
Epheſ.6. tione quàm Ioſue armis.Paul.Eph.6.Poſt
deſcriptam

deſcriptam panopliam militis Chriſtiani pro coronide, adiungit per omnem orationem & obſecrationẽ: dæmones enim ieiunio & oratione pelluntur. Matth.17. *Matt.17.* plus cruce viua, quàm mortua. ſic vicit oratione Alexander Arrium. atqui imperium facilè iis armis retinetur, quibus *Ex metamorph.* initio partum eſt. Ij, quos Chriſtus extulit reliquerunt arma: Chriſti perfugæ & deſertores militiæ Chriſtianæ, pugnantes etiamnum contra Chriſtum, & in materna viſcera vires conuertũt: Quos quęret Chriſtus & eccleſia propugnatores à filiis deſerta, qui confugerũt ad hoſtem, & induerunt arma eius, icto fœdere cum eò? Pro armis ſiquidẽ de quibus Ephe. 6. *Epheſ.6.* acceperũt loricam iniuſtitiæ, ſcutum prudentiæ carnis, galæam amoris mundani, gladium carnis, quod eſt verbum mendax diaboli. Olim contra tyrannorum rabiem erat conſtantia martyrum: contra verſutiam hæreticorum ſapientia doctorum: Nũc autem queritur eccleſia Pſal. *Pſal.37.* 37. Amici mei, & proximi mei aduerſum me ſteterunt, &c. Prudẽtiæ carnis de qua Chriſtus Luc.21. attendunt congerendis *Luc.21.* opibus: ſacerdotiis: & ſtudiis eorum quæ

faciunt ad lucrum: non ad animarum ſalutem: Item ambitionibus, non attendẽtes exempla Dathan & Abiron, Iudæ, Symonis Magi, Ozeæ regis: ſperantes tẽporalia: vt olim in lege: idque à principibus. Non aduertunt periculum in prælationibus: ſed lucrum. Arma diaboli ſunt fortiſſima & acuta hoc tempore, quæ cæſim & punctim & cominus inferunt nobis vulnera: membra videlicet noſtra: de

Rom. 6. quibus Rom. 6. quæ exequuntur concupiſcentias honorum, diuitiarum & voluptatum. Hoſtes igitur eccleſiæ & præcipuè hæretici vincendi, oratione & verbo Dei & nunquam deponenda arma Chriſti: maximè in morte: in qua diabolus ſuadet non eſſe gehennam, non timendum, ſicut dixit Euæ: nequaquam moriemini. Aduerte interim ſeriò quod quemadmodum Arrius præceſſit Machometũ cui muniuit viam: ſic Lutherus antichriſtum. Is enim & conſectanei ſui, ſubuertentes totam Rempub. Chriſtianam: ſacerdotium, ſacramẽta templa; imagines: & reuocantes omnia quæ hactenus eccleſia tenuit: in dubium quid aliud præſtant niſi quod ſternũt viam antichriſto,

qui inueniet omnia parata? At veniet Chriſtus quarta vigilia noctis: omnibus deſperatis: qui tunc clamabit ego adſum nolite timere, qui imperabit ventis & mari.

De initio regni Chriſti, & antiquitate. CAP. 31.

Conſiderandum venit quando & quibus auſpiciis cœperit regnum Chriſti: qui enim memoriæ produnt regna huius mundi nituntur plurimum perquirere eorum initia. Regnum enim Babylonicum vnũ ex primis orbis, accepit ſuum intium à Nemroth tyranno: anno à creatione mũdi 2509. Regnum Ethan paulo ante à Ionico quarto filio Noe. Scytharum autem regnum à Thanao: à quo Thanais fluuius deſumpſit nomen anno 2643. Aſſyriorum verò à Belo anno 2930. Ægyptiorum autem à Sores 2773. Hiſpaniæ à Tubal quinto filio Iaphet anno 3109. Francorum anno Chriſti 452. tempore Valẽtiniani. Imperium Germanorum ab Otthone primo anno Chriſti 962. tempore Leonis papę. Turcarũ autem anno Chri- De ciuit. 18.

ſti 1300. ſub Othomano qui regnauit 28. annis. Regnum Perſarum ſub Sophi, ab Iſmaele Sophi, nouo legis Machometi interprete: ſecundum doctrinam haly gẽneri Machometi anno 1400. Sed regnũ Chriſti noſtri ab æterno: in præordinatione & actu: quando creata natura angelica: cuius ipſe caput eſt. Eph. 1. & Coloſſ. 1. vnde Hebr. 1. cap. Adorent eũ omnes angeli Dei ex Pſal. 96. Illum enim conſtituit heredem vniuerſorum; per quem fecit & ſæcula omnia: dedit ei pater in manus & data eſt illi poteſtas in cœlo & in terra vt moderetur & iudicet. Hanc regiam dignitatem & iudiciariam ambiuit Satan & traxit tertiam partem ſtellarum. pro Chriſto certat Michael princeps militiæ cœleſtis & triumphauit cũ ſuis propter ſanguinem agni Apoc. 12. à quo omnis eſt victoria. Nam Chriſtus eſt virtus patris. 1. Corint. 1. & Hebr. 1. Victus autem Satan incarceratur 2. Petr. 1. peccantibus angelis non pepercit ſed rudentibus inferni detractos in barathrum tradidit cruciandos. Videbam inquit Chriſtus Satanam de cœlo cadentem. Mollitus eſt autem exactus regno cœli, regnare in terra

Epheſ. 1. Coloſſ. 1. Hebr. 1. Pſal. 96.

Apoc. 12.

1. Corint. 1. Hebr. 1. 2. Petr. 1.

debellato Adam. Vnde præmiſit ſuũ vexilliferum Behemot. Iob. 4. in cuius vexillo ſcriptum erat, comedamus & bibamus,&c.1.Cor.15.& Eſa. 22. ſub quo Adã relicto vexillo & mandato Dei militat. Gen. 3. Sic Eſau militans ſub Behemot, ob cibum vendidit primogeniturã.Gen. 25. & Hebr.12. Sic Iſraelitæ Exo.16. & 32. & Pſal.70. Qui omnes in deſerto mortui ſunt, quotquot exierant Ægyptum præter duos. Moyſes dux populi Dei miſſus eſt,qui agni ſanguine, figura Chriſti Ioã. 9.& 19. proſcripto Satana, erexit exercitum Dei,baptizauit & pauit.1.Corint.10. cui adfuit toto illo itinere Angelus Domini. Exod. 14.23.32. Aderat & Sachina quam vocãt Hebræi: id eſt certa Dei habitatio cum eis: qui apparebat loquebatur,præcedebat & ſubſequebatur. Bibebant (inquit) de ſpirituali conſequẽte eos petra: qui erat Chriſtus. Nullum enim ſaxum naturale ſequutum eſt illum exercitum Dei. Quare perperam exponunt Zuingliani, petra erat Chriſtus: id eſt figura Chriſti: imo ipſiſſimus erat qui ſequebatur eos, qui eſt fons vitæ, protector & conſeruator populi Dei. Tandem

Iob.4.
1.Cor 15.
Eſa.22.
Gen.3.
Gen.25.
Hebr 12.
Exo. 16.32.
Pſal.70.
Ioã.9.& 19
1.Cor.10.
Exo.14.23.
& 32.

miſſus Chriſtus præmiſit ſuum vexilliferum Ioannem, per viam pœnitentiæ quã clamat & verbo & ipſo ſuo opere. Venit (inquit) Ioannes non manducans neque bibens, &c. Regnum enim Chriſti eſt regnũ crucis & mortificationis carnis. Gal. 5. Qui Chriſti ſunt carnem ſuam crucifixerunt: cum vitiis & concupiſcentiis. Regnum igitur Chriſti à cruce cœpit. Nam oportuit illũ pati & ita peruenire ad gloriam regni: quod cõſtituit ex duobus populis: pulſo Satana qui præcipuè dominabatur in gentibus. Cruce etiam alitur & retinetur hoc Regnum Chriſti cuius non erit finis. Luc. 1. & Dan. 2. Suſcitabit Deus cœli Regnum quod in æternũ non diſſipabitur. Comminuet autem & conſumet Regna hæc: & ipſum ſtabit in æternum. Chriſtus ſiquidẽ reſurgens ex mortuis non moritur. Mors illi vltrà non dominabitur. Non igitur cõtinget interregnum: erit ipſe rex perpetuus cum ſuo populo, in quo nunc regnat per gratiam & olim in cœlo per gratiam. Itaque Rex, Populus, Lex regni, & iuſtitia erunt æterna.

Matt. 11. Galat. 5. Luc. 1. Dan. 2.

Quomodo rex Chriſtus moderetur nunc regnum ſuum. CAP. 32.

CHriſtus verè Deus & homo, regnat & imperat pari gloria & potentia cum patre:quod nobis ingerit ſcriptura dicens illum ſedere ad dexteram patris. Nam ſedere regum eſt & iudicum. Dextera autem ſignat potentiam,Pſal.43.Brachium eorum nō ſal- *Pſal.43.*
uabit eos: ſed dextera tua,id eſt potentia, huic potentiæ omnia ſunt ſubiecta.Matt. *Matt.28.*
28. Epheſ.1. & Hebr.1. Ipſe cum patre & *Epheſ.1. & Hebr.1.*
ſpiritu ſancto omnia ſuſtinet, Hebr.1.& *Hebr.1. &*
Col.1. Is noſter ſummus pontifex & rex *Coloſſ.1.*
verus Mechiſedech obit munus pontificis fidelis, omnes noſtras cauſas aſſumit & pertractat coram patre, cui immolat aſſiduè noſtra ſacrificia,dona,preces,&c. Id genus ſtat aſſiduè ante vultū Dei pro nobis, Heb.9.cui offert ſuam paſſionem, *Hebr.9.*
plagas,ſanguinē: orat,intercedit pro nobis medius ſequeſter, nobis perpetuò benedicit. Illius victima perpetua, qua nos mūdat & ſanctificat, Ioan.17.Ego pro eis *Ioan.17.*
ſanctifico me ipſum, id eſt, immolo vt

ſancti ſint is noſter pontifex vnicus noſter doctor eſt qui per ſpiritum ſanctum, & verbum ſuum nos ſemper docet, largitur doctores veros, fidos & ſynceros, quos

Sapien.10. docet ſcientiam doctorũ, de qua, Sap.10.

Pro.30. & Prouerb.30. accumulat eos ſuis donis.

1.Cor.12. *Ephe.4.* 1.Cor.12. & Ephe.4. Tuetur ab omni ma-

Matth.10. lo, Matth.10. Nolite timere, capilli veſtri

Ioan.18. capitis omnes numerati ſunt. De ſuis prędicatoribus dicit, Ioan.18. Sinite eos abire. Pro eis rogat patrem: nõ rogo vt tollas eos de mundo, ſed vt ſerues eos à malo. Cerne (quæſo) quomodo tutatus eſt

Act.4.5.12 18. eos. Act.4,5.12.18. Is eſt qui baptizat, qui vngit, qui conſecrat diuiniſſimum ſacramentum, qui abſoluit à peccatis, qui iungit matrimonia. Quod (inquit) Deus coniunxit, homo non ſeparet. Nos autem ſumus duntaxat miniſtri Chriſti, & ſuorum ſacramentorum. Agit & munus regium aſſiduè in rem noſtram. Nam nullo indiget, nullam vtilitatem accipit à ſuis, nu-

Luc.1. dos ſuſcipit, eſuriẽtes. Luc.1. ca. & Eſa.61.

Eſa.61. Euangelizare pauperibus miſit me, non quærit fortitudinem, ſanctitatem, ſapien-

1.Cor.1. & 4. tiam, ſed dat, 1.Cor.1. & 4. Quid enim acciperent abs rege, ſi iſta haberent? Non

enim (inquit) veni vocare iuſtos, ſed peccatores. Res eſt illi cũ cæcis claudis, &c. Mat. 22. Regnum ſiquidem eius & gloria regni abſcondita ſunt. In hoc mundo ſub ignominia, diuitiæ ſub paupertate, gaudiũ ſub tribulatione, vita ſub morte. ídq; fide quæ nititur verbo Dei, quẽ rex Chriſtus non gubernat, innumeris eſt obnoxius tyrannis, durißima neceßitate & anguſtia præſſus à diabolo, peccato, çarne, inferno, maledicto legis, morte, mala conſcientia, in timore mortis inferni, iudicij. Dabit (inquit) tibi Dominus cor pauidum. Leuitici 26. & Deuter. 28. At qui fide ſuſcipit Chriſtum regem, gaudet. Romanorum 5. & 14. Gala. 5. Nihil timẽs, ſciens regem ſuum dominatorem mortis, vitę, peccati, inferni, diaboli, gratię cœli, &c. qui venit vt nos liberaret ab innumeris tyrannis, & ſolus nos regeret, facerétque ſui ſimiles filios Dei, Ioan. 1. hæredes, Rom. 8. puros à peccato liberos, potentes & beatos. Nam eſt rex gratiæ, vitę, fœlicitatis, qui nos ſuauißimè regit gratia & ſpiritu qui non ſolum nos liberauit à tyrannis, mundo, peccato, diabo. morte, inferno, & agit regem noſtrũ, ſed etiam

Matt. 9.

Leuit. 26. *Deut. 28.* *Rom. 5. 14.* *Galat. 5.*

Ioan. 1. *Rom. 8.*

ſe totum cum omnibus ſuis donauit no-
Rom.8. bis, Ro.8. Vnde de eius bonis poſſumus
Eſa.40. gloriari pluſquam de noſtris, Eſa.40. Cō-
ſolamini populc meus, loquimini ad cor
Hieruſalem, dimiſſa eſt iniquitas eius, ſu-
ſcepit de manu Domini duplicia: fide ſpi
ritum ſanctum & Chriſtum cum omni-
bus bonis ſuis. Talis eſt nunc rex noſter
Chriſtus, qualis cum ingrederetur Hie-
ruſalem, auſpicaturus regnum ſuum, hu-
Zach.9. milis, manſuetus. Zach.9. & Matth. 21.
Matt.21. Ecce enim rex tuus venit tibi manſuetus,
iuſtus, ſaluator, plenus compaſſione, plo-
rans. Videtur enim dolere ſe olim fuiſſe
terribilem mundo. Olim non audieba-
tur, niſi iuſtitia, nunc niſi gratia & miſeri-
cordia. Ecce nunc (inquit) tempus acce-
2.Cor.6. ptabile, ecce nunc dies ſalutis. 2.Corin.6.
Nūc enim manifeſtata eſt benignitas ſal-
uatoris noſtri Dei. Alia regna ſunt mor-
tis, peccatorum, bellorum, ſed in iſto re-
gno contraria omnibus his. Sentimus
equidē mortē, ſed vincimus ablato acu-
Coloſ.3. leo eius, ſub qua latet vita noſtra. ad Co-
loſ.3. Vincimus hoſtes qui ſumus de re-
gno Chriſti, mortem, peccatum, infernū,
&c. Portæ (inquit) inferi non præualebūt.

ſceptrum huius regni eſt verbum Dei po tentiſſimum .Rom.1. Euangelium enim potentia Dei eſt ad ſalutem omni credenti, quod nobis affert Chriſtum, & omnia nobis neceſſaria, commoda, cuius fide euadimus victores omnium. Aſcendit in cœlum rex noſter, vt regat & impleat omnia, Ephe.4. Illuminet, protegat, conſeruet, proſpiciat à longè, det dona, præſeruet ab hoſtibus, interpellet, mittat ſeruos & operarios ſecundum tempora, vt bonus rex reſpicit omnes noſtras moleſtias, iuuat in tēpore opportuno, protegit ſub alis ſuis, Pſal.90. ſine tædio vel labore, audit noſtras querelas, cui patēt omnes noſtræ cogitationes. Subuenit in neceſsitatibus, alit in fame, conſolatur in tribulatione. 2.Corin.1. Subleuat oppreſſos, arrogantes deprimit, Luc.1. prouidet de bonis regibus. Hierem.3. Dabo eis paſtores ſecundū cor meum, prout neceſsitas Eccleſię exigit; ab hoſtibus viſibilibus & inuiſibilib⁹ protegit, per ſe & angelos ſuos: dat robur, & mittit copias auxiliares ſecundum grauitatem bellorum impendētium. Ipſe regnat ſuper nos per verbum, & nos per eum ſuper omnes hoſtes ſpiri-

Rom.1. *Epheſ.4.* *Pſal.90.* *2.Cor.1.* *Luc.1.* *Hierem.3.*

tuales? Mittit ſpiritum qui faciat nos ſpirituales, doceat omnem veritatẽ de Chriſto beneficiis & voluntate eius, faciat nos orare, Rom.8. conſoletur. Ioan.15. Alium paracletum dabit vobis. Vnde fructus ſpiritus eſt, gaudium, pax. Patientia confirmat nos ne deficiamus à regno Chriſti ad regnum Satanæ, & fiant nouiſsima peiora prioribus. Dat remiſsionem peccatorum. Chriſtus enim quod orat, Impetrat. Ioan.11. Ego ſcio pater quia ſemper audis me. Impetrat autem iuſtitiam, & vitam æternam, & eccleſiæ conſeruationẽ. Pater ſancte ſerua illos. Luc.22. Rogaui vt nõ deficiat fides tua. In omni igitur neceſsitate oportet confugere ad regem noſtrum. Matt.11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis & 24. Vbicũque fuerit corpus, ibi cõgregabuntur & aquilæ: Nam non derelinquam vos orphanos, non deerunt in hoc regno hæretici & mali vſque ad iudicium, Matt.13.& 25. Sed ego vobiſcum ſum vſque ad cõſummationem ſæculi: qui etiam mittam vobis ſpiritum ſanctum, vt meum vicarium, qui maneat vobiſcum inæternum. Illum regem vt ducem noſtrũ ſequi debemus,

Rom.8. Ioan.11. Ioan..7. Luc.22. Matt.11. Mat.24. Matt.13. & 25.

& vita & moribus, cuius regnum hîc inchoatur fide, ſpe, charitate & ſpiritu ſancto: & conſummatur in vita æterna: hoc enim regnum pater inſtituit, & cõfirmauit ſuis promiſsionibus, quod in Chriſto conſtitutum eſt, cui pater dedit, Pſal.2. *Pſal.2.*
Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & Ioan.17. tui erant, & tu eos *Ioan.17.*
mihi dediſti: qui autem eſt autor huius regni, etiam eſt conſeruator: Chriſtus enim quia rex tuetur ſuos: Quia autẽ ſacerdos interpellat pro ſuis. ſempiternum enim habet regnum, & ſacerdotium.

De differentia regni Chriſti à regnis huius ſæculi. CAP.33.

INter cætera quæ ſolent tribui regibus huius mundi, eſt nobilitas, quę in aliquibus à Deo eſt, vt illa Saul & Dauid qui prius erant paſtores, alia ab hominibus ob virtutes nobiles, ſeu notabiles, eorum qui virtute & prudentia rexerunt populum, & fortitudine defenderunt. Alij ſuis opibus releuarũt inopiam populi. Ex his eligebantur reges, quos prouidentia Dei voluit eſſe ad conſeruationem Rerump.

quas Dominus debebat vocare per euangelium, præcipuè electos, propter quos conſeruatus eſt mundus, & Reſpub. vnde reges, ex Platone de regno, debent alios præcedere prudentia & iuſtitia, vt ſint ſimiles regi cœleſti. per primum cognoſcitur quod eſt bonum ad quod operationes humanæ debent dirigi: per ſecundũ humana gubernare. Primum pertinet ad contemplatiuam, ſecundum ad actiuam. In reliquis autem debent eſſe conciues & ſocij ſubditorum, & tales erga ſubditos, qualem erga ſe optant Deum εἰκὼν δὲ ὁ βασιλεύς ἐστιν ἔμψυχος θεοῦ, inquit Menander. Ideo vocantur dij, & vt quoddam diuinum numen adorantur. Vnde Mardochæus noluit adorare Aman, qui tamen adorauit Aſſuerum. Optabat Plato tantum vnum regem eſſe in terra, ſicut eſt in cœlo. Idem Homer. 2. Ilia & Ariſt. 12. Metaph. Regibus parum conferunt vires membrorũ, ſed ſcientia regendi facit hominem regium, intelligẽtia & robur animi regis ſunt quæ Reipub. conferunt ex Plat. & Cic. 1. offic. Oportet vt reges commodorum propriorum quærant vtilitatem Reipub. & curent: alioqui

Vide Dan. 4. & Sap. 1.

Id eſt rex eſt imago Dei animata.

totum corpus Reipub. non vnum membrum relictis aliis. Dominiũ regale optimum eſt. 3. Polyt. Quare Dominus non detractat aſſumere nomen regium maximè & præcipuè populi fidelis cum quo inijt fœdus, & cui dedit ſuas leges. Reges qui ſunt fidei cultores, debẽt habere pro tuitione regni fortes ſacerdotes, & prędicatores pro lege, & prophetas qui orent pro illis: vt 1. Reg. 10. Chriſti regnũ nõ eſt 1. Reg. 10. more regnorũ huius ſæculi. Ioan. 18. Re- Ioan. 18. gnum meum non eſt de hoc mundo: reges enim mundi quærunt honorem & cõmodum, Chriſtus autem honorat nos. Quòd rex cœli & angelorum ſit rex, veriſſimũ. Item regnat in noſtrum commodum, vt ſua nobis impartiat. Mundus dominatur potentia carnali, & mundi legibus: Regnum vero Chriſti nõ armis carnalibus acquiritur, ſed verbi gladio & euangelij, quod eſt virtus Dei, & per illud regnat Chriſtus in cordibus credentium, qui largitur pro peccato iuſtitiã, pro cruce gaudium, pro morte vitam; pro inferno cœlum: Regnum mundi conſtat manu militari: ſed regnum Chriſti in potentia carnali paſſionibus, afflictionibus, iu-

ſtitia, æquitate, bonitate, vita æterna. non defenditur exercitu armato, ſed ſanguinis effuſione, qui eſt ſemen eccleſiæ. Nã quantò plures occiduntur tantò plures ſunt Chriſtiani. Ioan. 12. Si mortuum fuerit, multum fructum affert. gladio enim ſpirituali & paſſionibus paratum eſt illud regnum & illis protegitur. Regna mundi corruptibilia ſunt, Eccleſ. 10. Omnis potẽtatus vita breuis, hodie rex, & cras morietur. Baru. 3. vbi ſunt principes gẽtium, qui dominantur, &c. qui argentum fabricãt & aurum? mortui ſunt, & ad infera deſcenderunt. Transferũtur regna. Eccl. 10. & Dan. 2. De monarchiis vide aliiſque regnis Iudæorũ quidem, etiamſi eſſent populus Dei, durat regnum 485. annis, ſub 22. regibus. regnum Argiuorum 544, ſub 13. regibus. Athenarum 487, ſub 18. regibus. Latinorum 625. ſub 21. regibus. Medorum 259. ſub 8. regibus. Perſarum verò, 252. annis, ſub 14. regibus. Macedonum 644. ſub 39. regibus, Aſſyriorum, 1240. annis. ſub 36. regibus. Omnium ſiquidẽ rerum viciſsitudo, & nihil ſtabile ſub cœlo. Sed regnum Chriſti tametſi minimũ, inter tot bella, & dæmonum & regnorum mundi,

Ioan. 12. *Eccl. 10.* *Eccl. 10.* *Dan. 2.*

mundi,ſine armis corporalibus, perſiſtit, triumphat, manet inæternum : quî enim debellaretur à mundo regnum Chriſti quē Chriſtus fudit.Ego(inquit)vici mundum,qui à Satana quem deiectum & oppreſſum nobis ſubegit.Dedi(inquit)poteſtatem vobis calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutē inimici.Victoria autē Chriſti nobis eſt Donata.1.Cor.15.Vnde nihil minus Deo poteſt expugnare regnum Chriſti. Maior enim eſt qui in vobis eſt quàm qui in mū do.Regnum enim eccleſiæ eſt columna veritatis. atqui veritas ſemper manet & vincit ſpirituſſanctus. Illam cōgregat per verbum, ſanctificat in agnita veritate,gubernat, ornat, variis & donis conſolàtur & erigit in cruce. Facit eam producere fructus ſpiritus. Galat. 5. Deo gratos habet Chriſtum & ſpiritum ſanctū manentes cum ea inæternum. hoc addendum quòd regnū Chriſti conſtat præcipuè ex electis.Rom.8.quos prædeſtinauit hos & vocauit ad ouile & regnum Chriſti ſic Paul.ad Tit.1. Fidem eccleſiæ vocat fidē electorum, quos congregauit Dominus per Apoſtolos ſuos Ioan. 11. vt filios Dei

1.Cor.15. *1.Ioan.4.* *Galat.5.* *Rom.8.* *Tit.1.* *Ioan.11.*

qui erant diſperſi congregaret in vnum congregandos poſtmodũ in iudicio per
Matth.24. angelos Mat.24. Mittet angelos ſuos, cõgregabunt electos eius à quatuor ventis, &c. propter quos factus eſt mũdus & perſiſtit: propter eos (inquam) impartit Deus bona huic mundo. Auguſt. in 5. cap. Mat. Solem ſuũ oriri facit ſuper bonos & malos, pluit ſuper iuſtos & iniuſtos: ſed propter iuſtos (inquit) propter electos venit
Ioan.10. Chriſtus, & mortuus eſt. Ioan. 10. Animã meam pono pro ouibus meis. propter electos breuiabuntur dies iræ Dei, impẽden
Matth. 24. te iudicio. Matt.24. Omnia (inquit Pau-
2.Cor.2. lus) ſuſtineo propter electos. 2. Cor. 2. Deficientibus electis, deficiet & mundus. Illi
Ioan.10. quidem non poſſunt perire. Ioan.10. Nõ peribunt inæternum, neq; rapiet quiſquã eos de manibus meis, qui iam ſunt ſalui
Rom. 8. ſpe. Roma.8. & ad Tit.3. Hi ſoli Deo noti
Tit. 3.
2.Tim.2. ſunt. 2. ad Tim.2. Cognouit Dominus qui ſunt eius: nos fide cognoſcimus vnã ſanctam eccleſiam, & vnum Chriſti regnũ:
Ioan.6. ad quod mittuntur omnes electi. Ioan.6. Omnis qui audiuit à patre, & didicit, venit ad me: omne quod dat mihi pater, ad me veniet: & eum qui venit ad me, non

eijciam foras. Extra illud regnum nō eſt ſalus.Eſt enim vnū corpus cum Chriſto. Rom.12.& 1.Cor.12.& Ephe.4. vnde qui nō eſt in hoc corpore,nō manet in Chriſto:ſed ſi quis in me non manſerit (inquit Chriſtus) mittetur foras ſicut palmes, & areſcet:& in ignem mittent eū, & ardet. Hoc regnum eſt templū Dei, & ſpiritus ſancti:à quo ſanctificatur: ideo dicitur regnùm ſanctum eccleſia ſancta. eò modo pro prædeſtinatis accipit nomē eccleſię: ſæpius Auguſt.in Enchir. & Paſchaſ. lib. de Sacram. quamuis largè accipiatur pro iis qui communicant in fide, doctrina,& ſacramentis eccleſiæ: etiamſi ſint in peccato. Matth.13.& 25.& Auguſt.de fide ad Petrum parte 2.cap.13.& cōtra literas Petiliani.Igitur electi ex quibus propriè cōſtat regnum Chriſti non poſſunt obrui, nec Chriſtus qui eſt omnipotens. Manet ergo regnum iſtud inæternū. Character autem eorū qui ſunt huius regni electorum eſt perſeuerantia in fide. Matt.10. & Luc.21. Vnde dicit Dominus in errorem ducentur (etiamſi fieri poteſt) electi:quaſi diceret, non poſſunt ſaltem quod illic hæreant & quia pauci hodie perſeuerāt.

Rom.12. 1.Cor.12. Epheſ.4. Ioan.15. Matt.13.25. Matt.10. Luc.21.

In fide ſignum eſt electos eſſe paucos.

CAP.34 *Quid neceſſarium vt ſimus de regno Chriſti.*

QVia Chriſtus regnat in nobis per fidem ſicut diabolus, per infidelitatẽ, Eph.2. & Coloſ. 2. qui propterea dicitur princeps tenebrarũ, id eſt infidelium. Eratis enim aliquando tenebræ. Ephe. 5. Igitur ad hoc quod ſimus aſcriptitij in regno Chriſti, neceſſaria eſt fides in Chriſtum, & ſacramentum fidei, id eſt baptiſmus, quo initiamur, & proteſtamur fidem de Chriſto pro nobis mortuo, Rom.6. & Heb.11. Deſerimus regnum Satanæ, carnis & mundi. Vnde renunciamus diabolo & pompis eius, obſeruamúſque in ipſo baptiſmo cæremonias eorum qui addicebantur militiæ. Illi enim dabant ſua nomina: ſic & nos in baptiſmate: ſignabantur punctis, & nos cruce in fronte: conceptis verbis iurabãt ſe ad omnia ducis iuſſa prȩſto futuros: formam iuramẽti expromit Vegetius: item mori pro Rep. dabatur donatiuum, veluti pignus & autoramentum: non pugna-

Epheſ.2. *Coloſ.2.* *Ephe.5.* *Rom.6.* *Hebr.11.*

bant niſi qui iuramento eſſent aſtricti, nec qui exautorati: nos in ipſo baptiſmo & profeſſione religionis Chriſtianæ, abiuramus diabolum, damus nomen regi Chriſto, accipim⁹ pignus ſpiritus, Eph.4. Expectãtes coronam gloriæ poſt pugnã: abnegamus noſmetipſos. Matt.10. & 16. exuimus veterem hominem. Epheſ.4.& Coloſ.2. cui debemus eſſe mortui & noua creatura: reſurgere (inquam) in nouam vitam Chriſti ſpirituale͂. Ioan.3. 1.Cor.5. Gal.3. Ephe.2. 1.Pet.2. nihil de nobis ſentire debemus prę rege noſtro Chriſto, ſed in eum fidere. Ioan.3.5.11.& Rom.10. Ad eum per orationem confugere quemadmodum ille ad patrem, Matt.26. Luc.22. Heb.5. habere Chriſtum regem noſtrum pro armis, ſcuto, & aſylo, amare & ſeruare eius verba. Ioã.14.&15.& leges regni: Hylari vultu ex amore, Rom.8. Nam perfecta charitas foras timore͂ mittit. 1. Ioan.4. Præterea opus eſt non deficere à rege noſtro ad Satanam & eius regnum, Apoc.2. eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Nõ enim oportet prætergredi menſam & ſalem. Enimuerò in iis qui redeunt ad veterem homine͂, non

Matt.10. Epheſ.4. Coloſ.3. Ioan.3. 1.Cor.5. Galat.5. Epheſ.2. 1.Pet.2. Ioan.3.5.11. Rom.10. Matt.26. Luc.22. Heb.5. Ioan.14. & 15. Rom.8. Vide l. deſertorem ff. de re milit. Apoc.2.

aboletur legis ſententia dominium, tyrannis, maledictio, damnatio, execratio,
1.Cor.3. 2.Corint.3. Velamen poſitum eſt vbi non eſt ſpiritus, per quē facti iuſti ſumus ſub
Ioan.8. lege, Ioan.8. Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis, ſecus non: ſed ſerui. Item vt ſimus de regno Chriſti, operæpretium eſt pro eo pati, cum profiteamur crucem
Matth.10. & 24. Luc.10. Ioã.15.& 16 2.Tim.2. & 3. Act.14. Rom.8. Matth.24.
Matt.10. & 24. Luc.10. Ioan.15. & 16. 2. ad Timot.2. & 3. Act.14. & Rom.8. Illa ſunt arma Chriſti & inſignia, crux videlicet. Matt.24. Tunc apparebit ſignum filij hominis, arma illa non in veſte, ſed corpore: & pro Chriſto, non pro mundo: non contra Chriſtum, vt milites mundi. oportet ſequi Chriſtum regem, vita, moribus, & doctrina, & nunquam expoliari armis
Epheſ.6. eius, Ephe.6. Quia enim Chriſtus rex regum dicitur. eo nomine explicatius cernuntur eius beneficia, & priuilegia populi Dei: Reſpectu autem Eccleſiæ dicitur
1.Cor.11. Ephe.1.4.5. Col.1. & 2. Act.4. 1.Cor.11.
caput. 1.Cor.11. Epheſ.1.4.5. Coloſ.1. & 2. Act.4. Ad Eccleſiæ autem vnitatē & regni Chriſti, non pertinet nō habens charitatem, 1.Cor.11. Auguſt. cōtra Creſcen. lib.1.cap.18. Nexus membrorum corporis Chriſti eſt ſpiritus charitatis. Quocir-

ca mali vniti ſunt corpori Chriſti, nō ſpiritu, ſed corpore vt pallea grano.

De dignitate eorum qui ſunt de regno Chriſti. CAP. 35.

QVemadmodū princeps huius mundi terrenorum videlicet hominum diabolus attexit ſuos ſibi, cuius eſt caput tāto nexu, vt ille ſæpius dicatur homo & mali homines diabolus dicantur: ſic Chriſtus caput eorum qui ſunt de eius regno tanta vnione ſibi coniungit, vt omnes dignitates eis communicet. vt enim ille filius eſt natura, ſic & illi filij Dei adoptione. Ioan. 1. & 1. Ioan. 3. Rom. 8. & Gal. 3. & 4. Ille dilectus patri ſic & illi per eum Epheſ. 2. gratificauit nos in dilecto filio ſuo. & Ioann. 16. pater amat vos, ſicut ille eſt omnium hæres. Hebr. 1. Ita & iſti hæredes inquit Dei cohæredes autem Chriſti. Rom. 8. & Gal. 4. Ille cœleſtis eſt. 1. Cor. 15. ſic & iſti, qui habent ſuū πολίτευμα & municipatum in cœlis, vbi nomina eorum ſcripta ſunt. Non enim (inquit) habemus ciuitatem permanentem, ſed futuram inquirimus. Hebr. 13.

Ioan. 6. *Ioan. 1.* *1. Ioan. 3.* *Rom. 8.* *Gal. 3. & 4* *Epheſ. 2.* *Ioan. 16.* *Heb. 1.* *Rom. 8.* *Galat. 4.* *1. Cor. 15.* *Hebr. 13.*

Vnum quod maximè tribuit Chriſto, diuinus ſermo eſt quod ſit vnctus à patre per ſpiritum, rex & ſacerdos. Vnde omnes ſui regni eadem vnctione ſpiritus ſancti dicuntur, & reges ſacerdotes. Apoc. 1. & 5. Feciſti nos Deo noſtro reges & ſacerdotes & 1. Pet. 2. vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium, Municipatus Romanus magno pretio emebatur. Act. 22. At qui nacti erant eam ciuilitatem non donabantur regia, vel imperatoria dignitate, vel Pōtificia: quemadmodum ij, qui ſunt ciues ſanctorum, & domeſtici Dei ſub rege Chriſto. Notandũ tamen, quòd duplex eſt ſacerdotium, ſicut & regnum, quoddam internum, alterum autem externum & publicum: Regnum internum commune eſt omnibus Chriſtianis, qui Chriſti regis facti ſunt membra in ipſo baptiſmate, illos regit, inhabitátque inuiſibiliter vt diſſipet omne malum. Rex (inquit Salomon) qui ſedet in ſolio, diſſipat omne malum. Illos inquam per ſpiritum ſuum, vngit eos reges ſicut ipſe eſt rex potentiſſimus ſuper carnem, mundum, diabolum, peccatum, mortem & infernum: ſic & Chriſtiani per Chriſtum in eis re-

Apoc. 1. & 5

1. Pet. 2.

Act. 22.

Prouerb. 20.

gnãtem quos oportet vincere. diabolum cum omnibus eius tentationibus, & carnem cum eius illecebris, ita peccatum & mundum vt conſequamur coronam regiam. Id autem præſtare non poteramus ſine Chriſto rege. Quinimo eramus horum ſerui. At nunc per Chriſtum non tãtùm aſſerti ſumus à ſeruitute iſtorum, ſed & facti ſuperiores, & reges ſuper omnes hoſtes ſpirituales, peccatum, mortem, infernum, diabolum. Lu. 10. Dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Omnia (inquit Paulus) poſſum in eò, qui me confortat. Illi enim ſunt veri reges qui dominantur ſuis malis affectibus. Maior eſt (inquit Salomon) qui dominantur animo ſuo expugnatore vrbium. De illa autem vnctione ſpiritus ſancti qua ſumus reges & ſacerdotes, fuſiſſimè loquitur. Paul. Epheſ. 1. & 4. 1. Theſ. 4. 2. ad Tim. 1. & 1. Ioan. 2. Tandiu enim ſumus reges, quandiu Chriſtus regnat in nobis. Iſtud regnum ſpirituale cognouerunt Seneca de clemẽtia, & epiſtola 25. & 37. ad Lucillum. & Cicero in orat. pro Marcello Ouid. epiſt. 4. & 3. de

Luc. 10. *Philip. 4.* *Prouerb. 16.* *Eph. 1. & 4* *1. Theſſ. 4.* *2. Tim. 1.* *1. Ioan. 2.*

Triſtibus & Bœtius 3. Cõſolat. Qui ſe volet eſſe potentem, animos domet ille feroces, &c. Nulli tamen cõſecuti ſunt hoc regnum, niſi per fidem vnius Chriſti regis. Alterum eſt autem regnum externũ, non commune omnibus: aliâs polytia populi Dei fuiſſet omnium peſſima. Tribui Iuda ſiquidem datum eſt regnum Iſrael.

Gen. 49.
2 Reg. 7.

Gen. 49. 2. Reg. 7. Quod regnum ſolum erat verum: inſtitutum à Deo. Cætera autem regna primum ortum habuerunt à Tyrannide, vt patet de Nemroth, Nino, Romanis, &c. Hactenus de regno eorum qui ſub Chriſto militant.

CAP. 36 *Quomodo omnes Chriſtiani ſint ſacerdotes, & de duplici ſacerdotio.*

NOn deſunt hæretici qui aſſerant omnes Chriſtianos ex ipſa vnctione baptiſmi eſſe ſacerdotes, nihili pendentes vnctionem ſacerdotalem (qua hactenus vſa eſt eccleſia) cum Ioan. Vuiclefuo Pet. Vualdone & cæteris id genus peſtibus.

Pſal. 104. Nolite tangere chriſtos meos.

Igitur aduertendũ eſt quòd olim in populo Dei primogenitus erat rex & ſacerdos & illud erat ius primogenituræ de

quo, Gen.28. Nos verò qui nacti ſumus illam primogenituram per Chriſtum qui eſt primogenitus, Coloſ.1. Indepti ſumus vtrúque videlicet & regnum & ſacerdotium. De regnó paulò antè: nũc de ſacerdotio diſſerẽdum, quod ſimiliter eſt duplex, ſicut de regno præfati ſumus, internum videlicet, & externum publicum. Interni enim intereſt offerre Deo ſacrificium internum, Ioan.4. Veri adoratores, adorabunt in ſpiritu & veritate, cuius ſacrificij ſignum eſt ſacrificium viſibile, externum 10. de Ciuita. Illud internum ſacrificium eſt, quo quis offert ſe & ſua in Dei obſequium, animam per contritionem & humilitatem, Pſal.50. Sacrificium Deo ſpiritus cõtribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Item corpus, Rom.12. Primo illud exponendo morti pro Chriſto, ad Phil.2. & 2. ad Timot.4. Ego enim iam immolor, & tempus meæ reſolutionis inſtat: ſecũdo mortificatione, 1. Corint. 9. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutẽ redigo, & 2. Cor.4. Semper mortificationem Ieſu Chriſti in corpore noſtro, circunferentes vt & vita Ieſu manifeſtetur. In corporibus noſtris.

Gene.28. Coloſ.1. Ioan.4. Rom.12. Philip.2. 2.Tim.4. 1. Cor.9. 2.Cor.4.

Tertiò demum addicendo illud ad exequēda opera iuſtitiæ,& diuini cultus,bona externa per eleemoſynā & opera charitatis,Hebr.13. beneficentiæ & communionis nolite obliuiſci: talib' hoſtiis promeretur Deus. Illud ſacrificium internū omnibus Chriſtianis commune eſt, colere Deum in ſpiritu, quod nō poſſumus ſine ſpiritu Dei,per quem colimus ipſum Deum fide,ſpe,charitate, timore Dei, & obedientia. Extremum autem etiam omnibus Chriſtianis commune, eſt offerre orationem, Pſal.140. Eleuatio manuum mearū ſacrificium veſpertinū. Item laudare,gratias agere pro beneficiis receptis per Chriſtum,gratia,remiſſione peccatorū,vita æterna,&c.Pſal.49. Immola Deo ſacrificium laudis, & Pſal.115. & Eſa.61. Plantatio Domini ſumus ad glorificandum illum. Item confiteri, laudare nomen Domini, inuocare, glorificare, honorare, commēdare publicè gloriā Dei, vt alij Deo fidant & colant, Pſal.33. magnificate Dominum mecum & 65. venite, audite, & narrabo vobis quanta fecit animæ meæ,ſic Pſal.20. Exaltare Domimine in virtute tua demum cantabimus,

Hebr.13. *Pſal.140.* *Pſal.49.* *Pſal.115.* *Eſa.61.* *Pſ.33.& 65.* *Pſal.20.*

&c pſallemus virtutes tuas. Idem, Pſal.9. *Pſal.9.21.*
21.117. &c 144. Magnitudinem tuam nar- *117.& 144*
rabunt. Iſta pertinent ad 2. præceptum,
quemadmodum & interna ſacrificia ad
primum. Ad tertium autem præceptum
pertinẽt iſta ſacrificia: audire verbũ Dei,
meditari, admirari, docere alios, quieſce-
re in verbo Dei, Luc.10. Colere Deum ſa *Luc.10.*
cramentis, baptiſmo, Euchariſtia, patien-
tia, &c. Alia autem conſiſtunt in mortifi-
catione ſui, & operibus charitatis, per quę
agimus Deo gratias pro beneficiis eius,
teſtamur obedientiam noſtram, quę prę-
ſtat omnibus externis ſacrificiis. 1. Reg. 15. *1.Reg.15.*
veluti & miſericordia, Matt.9. Oz.6. Mi- *Matt.9.*
ſericordiam volo, & non ſacrificium. Per *Oz.6.*
bona etiam opera, quæ ſunt externa ſa-
crificia, exercemus fidẽ, inuitamus alios
ad Deum laudandum, Matth.5. Videant *Matt.5.*
opera veſtra bona, & glorificent patrem
veſtrum qui in cœlis eſt. Cognitio autem
Dei, quam natura habemus, Rom.1. In- *Rom.1.*
ducit nos ad præſtandum ei obſequium,
& teſtandum de eius cognitione: non tã-
tùm quòd ſit; quinimo quod omnia gu-
bernet & cõſeruet. Vnde illum colimus,
honoramus, gratias agimus: Sacrificium

enim eſt præcipua pars cultus diuini. Vnde ex Ariſtotele 1. cœli. natura docet nos ſacrificare Deo, quẽ colim⁹, hymno, adoratione, & ſacrificio, ſeu oblatione. Quãobrem diabolus ſciens ſacrificari eſſe cul-
Pſal.105. tum Dei, volebat ſibi ſacrificium non ſo-
Deut.32. lum animalia, imò filios & filias, Pſal.105.
3.Reg.11. Immmolauerunt filios ſuós & filias ſuas
Hierem.32. dæmoniis, Deut.32.3.Reg.11. & Hiere.32. cultum Dei verũ & Deo gratum, qui eſt ſacrificium Euchariſticũ: docet nos ſpiritusſanctus qui per fidem in Chriſtum datur, Gal.3. à quo omne bonum. Item fides præcipuè quam habemus de vero ſacrificio expiatorio Chriſti, quod ſpecta-
Hebr.11. bant omnia antiquorũ ſacrificia, Heb.11. Fide vberiorẽ hoſtiam obtulit Abel. Illa fide ſacrificij Chriſti in remiſſionem peccatorum expers fuit Cain. Idcirco ſacrificium ſuum externum haudquaquã fuit Deo gratum, & acceptũ. Iſta fide caruerunt Gentiles qui tantùm naturæ inſtinctu ſacrificarunt: quorum ſacrificia non probauit Dominus. Illi ſiquidem tantum externa ſacrificia patrum imitati ſunt, nõ interna nec fidem. Nam cum audiſſent
Gene.22. quòd Abraham qui iuſſu Dei voluit im-

molare filium ſuum, placuit Deo, ſine ver bo Dei immolarũt filios ſuos. Patrum ſiquidem ſacrificia proteſtabantur fidem de ſacrificio Chriſti. Item per illa oſtendebant ſe gratos Deo pro eius beneficiis, vt Noe, Gen.9. Immolat Deo quòd con- *Gene.9.* ſeruaſſet eum in diluuio. eodẽ modo Iacob in reditu de Meſopothamia, Gen.32. *Gene.32.* Si enim Adam nõ peccaſſet, vtique fuiſſent ſacrificia Euchariſtica, id eſt laudis, & gratiarum actionis Deo grata: Nec fuiſſet opus ſacrificio expiatorio pro peccatis, quod ſolus Chriſtus abſoluit, qui vna oblatione ſanctificauit in ſempiternũ ſanctificatos, Heb.10. At nunc poſt ca *Hebr.10.* ſum generis humani nullum obſequium, nulla laus, nulla gratiarum actio eſt Deo grata ſine ſacrificio illo expiatorio Chriſti, quod ſolum nos reconciliat Deo, ſolum emundat conſcientias noſtras ab operibus mortuis, dat remiſſionem peccatorum, ſatisfacit pro peccatis, placat iram Dei ad æternã iuſtitiam. Ego inquit Dominus, Ioã.17. pro eis ſacrifico me ipſum. *Ioan.17.* per illud nos ſumus grati Deo, Ephe.2. & ſacrificia noſtra grata, tametſi imperfecta. Illius ſacrificij fuerũt vmbra & figura

omnia veteris legis ſacrificia ex Auguſt. 10. de Ciuit.& de fide ad Petrum 20. lib. contra Fauſtum & 1. lib. contra aduerſarium legis & prophetarū. Vnde nos quos creauerat Dominus ad ſacrificandum ei hoſtiam laudis, vt eum cognoſceremus & amaremus, nihil horum poſſumus pręſtare ſine Chriſto, & eius ſacrificio. Hactenus de ſacerdotio ſpirituali, & ſacrificiis expiatorio & euchariſtico.

CAP. 37 *De externo & publico ſacerdotio.*

NOn eſt recens hæreſis aſſerens omnes Chriſtianos eſſe ſacerdotes. Hęc enim in ipſo naſcētis eccleſiæ exordio, præcipuè à morte Apoſtolorum, ſuperſeminata eſt à ſatore zizaniorum diabolo ex Tertuliano, de præſcriptionibus hæreticorum, & Cypriano epiſtola 9.3. lib. ad Rogatianum epiſcopum. Eam hæreſim reduxit in medium Mart.Luth.lib.de capt.Babylonica. Vnde pro cognitione huius notādum venit quod à principio orbis conditi, fuit differētia inter ſacerdotes, reges & vulgus, Primus homo Adam conſtitutus eſt à Deo rex orbis. Gen.1.& Pſalm.8. Gen.1, Pſ.l.8.

qui

qui poſtmodum facta promiſſione de Chriſto venturo, qui ſua morte contereret regnum peccati & mortis; per fidem Chriſti recepit ſpiritum ſanctum. per cuius vnctionem factus eſt ſacerdos & rex, qui demum cœpit ſacrificare Domino, vt per ſacrificia illa externa, proteſtaretur fidem vnius ſacrificij Chriſti, per quod ſaluatus eſt, à quo ſine ſcriptura vſque Moyſen didicerunt omnes poſteri eius, ſacrificare Abel, Enoch, Noe, Abraham, Iſaac, Iacob, &c. Hinc factum eſt, vt omnes primogeniti populi Dei, exẽplo Adę eſſent ſacerdotes & reges, ſeu Domini aliorum. Melchiſedech enim, Gen. 14. *Gen.14.* quem dicunt Hebræi fuiſſe Sem primogenitum Noe, erat Rex & ſacerdos: ſic & Gethro. Exo. 3. & 18. vſque ad Ruben pri *Exo.3.&18* mogenitũ Iacob, qui ſuis ſceleribus amiſit primogenituram, vnde regnum datũ eſt tribui Iuda, & ſacerdotium tribui Leui. Gen. 49. Tanti enim erat apud Genti- *Gen.49.* les ſacerdotalis illa dignitas, vt multi reges ſibi ſacerdotium vendicarent: vt patet de Magis Matt. 2. qui ex Chriſoſtomo *Math.2.* erãt reges Perſici, qui ex hyſtoria tripart. erant etiam ſacerdotes. Itaque erant Phi-

loſophi reges & ſacerdotes, Dardanus, Priamus, reges Troianorum erant ſacerdotes. Vnde Poëta:

Rex Anius rex idē hominū Phœbiq; ſacerdos
Vittis & ſacra redimitus tempora Lauro.

Apud Hebræos enim erat, & regnum verum, & ſacerdotium: non tamen omnes erant reges. Deut. 17. & lib. Reg. nec omnes ſacerdotes Exo. 28. & Num. 4. Vide quàm immaniter eſt animaduerſum à Deo in eos, qui niſi ſunt ſibi munus ſacerdotale, arrogare: vt patet Num. 16. 2. Reg. 6. 2. Paral. 28. Ideo illa Petri ſententia quā adducit hæreticus. 1. Petr. 2. vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium. deſumpta eſt ex Exo. 19. & dicta erat Iudæis. ſi ergo omnes Chriſtiani ſint ſacerdotes, externi erunt & reges, & apud Iudæos omnes fuiſſent & reges ſacerdotes: quod ſtatim probauimus falſum. Nam ſoli de tribu Leui erant ſacerdotes, & de tribu Iuda reges. Vnde in nouo teſtamēto primi ſacerdotes à Chriſto pontifice ordinati ſunt ſuper corpus eius verū. Luc. 22. Hæc quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis: hoc facite in meam cōmemorationem. Hoc, videlicet offerre

Deut. 17. Exod. 28. Num. 4. Num. 16. 2. Reg. 6. 2. Paral. 28. 1. Pet. 2. Luc. 22.

myſtice,benedicere myſtica benedictione, id eſt conſecrare,recipere, diſtribuere, orare, & gratias agere. Super corpus autem myſticum Chriſti, id eſt ecleſiã, præbita eſt illis ſacerdotalis poteſtas.Ioã. *Ioan.20.*
20.Quorum remiſeritis peccata, & quorum retinueritis, &c. Demum ſucceſſores Apoſtolorum ordinati ſunt ab eis, & eorũ ſucceſſoribus. ad Tit.1. & 1.ad Tim. *Tit.1.*
4. vnde 1.ad Corint.14. Nunquid omnes *1.Tim.4.* *1.Cor.14.*
Apoſtoli? nec quidem omnes ſacerdotes.nemo quippe ſibi ſumit honorem,niſi qui vocatus à Deo tanquam Aaron. Hebr.5. Qualis eſſet πωλιτεία ſi omnes eſſent reges?contra doctrinam Pauli Rom. *Rom.13.*
13. & 1.Petr.2. Item ſi omnes eſſent ſacer- *1.Petr.2.*
dotes?Nam ſecundum hæreticos epiſcopus non differt à ſacerdote, omnes ergo eſſent epiſcopi, contra illud Act. 20. & *Act. 20.*
Hebr.13. Inter Gentiles enim ſemper ex- *Hebr.13.*
titit differẽtia:inter ſacerdotes & vulgus, quod perſpicuum eſt ex Geneſ.47. & hi- *Gen.47.*
ſtoriis Ethnicorum. de quo Hieronym. contra Iouinianum.ad deſtruendã enim legem nihil magis conducit quàm abolere ſacerdotium Hebr.7. vnde Cyprian. ad Cornel. papam. epiſt. 3. lib. 1. Neque

enim aliundè hæreſes ortæ ſunt, aut nata ſciſmata: quàm inde quod ſacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in eccleſia ſacerdos ad tempus & ad tempus iudex vice Chriſti cogitatur cui ſecundum magiſteria diuina obtemperet fraternitas vniuerſa. Item Cypr. planè epiſcopi non de voluntate Dei fiunt, qui extra eccleſiam fiunt, ſed contra diſpoſitionem & traditionem euangelij fiunt, ſicut Dominus per Oze. 8. Ipſi regnauerunt, & non ex me. Et Eſa. 8. væ filij deſertores, vt faceretis conſilium, & non ex me. Vt autem in ſumma concludam, qui ſunt de regno Chriſti, vocantur dij. Ioan. 10. ſimiles angelis. Matt. 22. Reges omnium quod patebit in manifeſtatione regni Chriſti. Regnum & ſacerdotium erunt æterna, ſicut & Chriſti. ſoli illi vocãtur ſancti. Rom. 8. Eph. 1. amici Dei Ioan. 15. Fratres Chriſti Hebr. 2. & Matth. 25. cohæredes Chriſti. Rom. 8. & Gal. 4. ſunt oues ouilis Chriſti paſtoris Ioan. 21. matres Chriſti. Matt. 12. quibus obedit ad nutum. Ioſ. 10. obediente Deo voci hominis ſunt veri & ſoli nobiles. Nã vera nobilitas eſt virtus ex philoſophis, poetis, Hieronymo ad Celan-

Oze. 8. Eſa. 8.

Ioan. 10. Matt. 22.

Rom. 8. Epheſ. 1. Ioan. 15. Hebr. 2. Matth. 25. Rom. 8. Galat. 4. Ioan. 21. Matth. 12. Ioſu. 10.

tiam:ſed nulla eſt virtus ſine fide. Roma. 14. Hebr. 11. Sunt inquã ciues cœli Eph. 2. Heb. 13. En quanta dignitas eſt eſſe de regno Chriſti; de quo Coloſſ. 1. Tranſtulit nos in regnum filij dilectionis ſuæ.

Rom. 14. Hebr. 11. Epheſ. 2. Heb. 13. Coloſſ. 1.

De legibus regni Chriſti. CAP. 38

IN omni regno & Republica ſunt perneceſſariæ leges ad religionis diſciplinam, & quę conducant ad ſalutem & vtilitatem humanam. Nam aliqui ſunt proni ad virtutem, ex diſpoſitione vel conſuetudine, aut potius munere diuino, quibus ſatis eſt doctrina & admonitione. Alij verò proni ſunt ad vitia, qui facilè verbis moueri non poſſunt, quos oportet vi & metu cohiberi, ne aliis officiant: & ipſi aſſueſcant virtuti, vt tandem volũtariè præſtent: quod antè vi & metu præſtabant. 1. Polyt. & Cic. 3. de legib. Sine legibus enim non poteſt ſtare domus, non ciuitas, non hominum genus, non denique mundus. Lex enim (ex Chryſippo) eſt humanarum diuinarúmque rerum cognitio, recti iuſſio, prauíque depulſio: donum Dei, dogma hominum ſapientum,

Iſidor. 5. Ethimo. in c. erit 4. diſt. in cõſuetudo 1. diſt.

Plato in Tim. Phe. gorg. 1. de leg. & min.

cuius à Deo eſt origo, orta ſimul cũ mente diuina. Prima autem lex eſt in Deo, à qua omnes leges. Illam legẽ in Deo nos prouidentiam appellamus. Lex enim eſt dictamen rationis practicæ, in præſidente quo ſubditi gubernantur. Et quia tota communitas vniuerſi regitur à prouidẽtia diuina, Ipſa ratio rerum gubernandarum à Deo habet rationem legis, quæ dicitur lex æterna, quę eſt ſumma ratio, vnde omnes leges proficiſcuntur. Ab illa æterna lege vt omne verum à primo vero. Illa lex facit vt omnia ſint ordinatiſſima. Lex æterna non differt à voluntate Dei, & prouidentia quà mũdum regit. ex Auguſt. enim idem eſt voluntas Dei, & lex æterna volũtas reſpectu boni, vt eum acceptans & lex vt ordinat quod bonum eſt. Ratiò diuinæ ſapientiæ, vt eſt directiua omnium actuum & motuum, mouens omnia ad debitum finem, ſeu ratio gubernationis rerum in Deo & diuina prouidẽtia, cui omnia obediunt. Habet vim legis, cui ſubduntur omnia. Tria autem concurrunt ad legem, autoritas, quæ tribuitur patri: veritas, quæ filio: & bonitas. (Nam ordinatur ad bonũ) ſpiritui ſancto.

Auguſt. 1. de libero arbi. & Cic. 1. de leg.

Illi ſubijciuntur omnia, & licet leges humanæ non puniant omnia peccata, tamen ſecundum illam legem æternā nullum malum impunitum. De hoc Auguſt. 19. Ciuit. primo de libero arbitrio, de vera religione & lib. cōfeſſ. Leges quæ participāt de ratione recta; omnes ſunt à lege æterna. & quia lex æterna eſt ſumma ratio in Deo; ars diuina, ſapientia ordinās creaturam, & motum eius. Tunc ſumus recti quando conformamur legi æternæ Dei, vt velimus quæ ille vult nos velle, ad illam aſpiciendū vt illam impleamus voluntatem quæ nobis patet per legem reuelatam quam dicimus volūtatem ſigni. Lex æterna imprimit in anima noſtra legem naturalem, vt ſuam imaginem quæ cum natura nobis indita eſt, quæ eſt regula liberi arbitrij, quod poteſt aliquid appetere, vel nō, vnde regulat eum in operationem boni, ne ſubijciatur inferiori, id eſt peccato: vel ſenſui corporis. Leges, oſtendunt debitum boni faciendi, & mali vitandi gratia, & virtutes præſtant ad id facilitatem. Lex naturalis ita impreſſa eſt indelebilis per eſſentiā, ſicut imago Dei: ſed delebilis quātum ad actum per tene-

bras peccati, illa dictat in genere quid bonum vel malum. Non facias aliis, Matth.7. Tob.4. Eccle.17. Quoad prima principia practica omnibus communis, quantum attinet ad notitiam & dictamẽ, ſicut prima principia ſpeculatiua notis terminis, quod illa docet vniuerſaliter, lex moralis docet in particulari. Illa naturalis docet Deum colendum vt ſeruetur religio. Nam cognitio Dei omnibus eſt impreſſa. Rom.1. & Damaſ. docet prætereà diligẽdum proximum, vt ſeruetur pax & tranquillitas. Illa docet facere aliis quę nobis optamus fieri. Non enim tantum ex lege naturæ eſt notus Deus, quinimò eius ſempiterna virtus & diuinitas, Ro.1. Quòd ſit æternus & quòd ſua diuinitas creat, gubernat, & cõſeruat omnia, quòd præmiet bonos, & puniat malos. Ex peccato tamen primi hominis contraximus errorem in intellectu, & impietatem in voluntate, Rom.1. vt nõ poſſimus in particulari cognoſcere Deũ, neque amare. Nam homo comparatus eſt iumentis, Pſal.48. Animalis autem homo non percipit ea quæ Dei ſunt ſcilicet cognoſcere eum verè, & verè diligere. Rom.7. Non

Matt.7. *Tob.4.* *Eccl.17.* *Rom.1.* *Rom.1.* *Rom.1.* *Pſal.48.* *Rom.7.*

enim quod volo hoc facio. Non enim erat obliterata lex naturæ, ſed obſcurata, Rom.1.& Act.17. & Auguſt.quæſt 4.lib. quæſt.noui & veteris teſtamenti: vnde opus erat ſpiritu ſancto, Ioan.16.qui doceret nos omnē veritatem, infunderet nobis fidem & charitatem, vt poſſimus eum adorare in ſpiritu & veritate. Dominus ergo per angelos dedit legē Moyſi, Gal.3. & Act.7.quæ exponit nobis in particulari lege naturæ voluntatē Dei, & quomodo poterimus eſſe grati Deo, & oſtendit opera quæ placent Deo: quæ primū data eſt Iudæis, Rom.3. eo quòd ex illis naſciturus eſſet Chriſtus, propter quem data tot priuilegia illi populo, & non tantū data eſt ad explicationem legis naturæ, ſed etiam in ſignum diſcretionis illius populi, electi à Deo, & profeſſionis fidei vnius Dei. Illa requirit perfectam obedientiam, & internam ex toto corde, Deut.6. & 10. Ioſ.12.& 14. & Matth.22.& damnat eos qui non præſtant. Deut.27. & Gal.3.Facit cognoſcere peccatum, ſed non remittit. Rom.3.4.5.7.Illa tamen lex decalogi Moyſi data ob legem carnis ſine ſpiritu (qui concupiſcit aduerſus car-

Rom 1. Act.17. Ioan.16. Gal.3. Act.7. Rom.3. Deuter.6. & 10. Ioſ.12. & 14 Matt.22. Deute.27. Gala.3. Rom.3.4. 5.7.

nem, & facit nos ſpirituales, eſt occaſio
Rom.7. peccati, Ro.7. Ideo remittit nos ad Chriſtum, per cuius fidem datus ſpirituſſanctus, & gratia. Lex enim pedagogus eſt
Gala.3. in Chriſto, ad Gal.3. coercens nos, accu-
Rom.4. ſans, terrens, damnans, Rom.4. Lex iram operatur. Ideo non quietat cōſcientiam, ſed fides promiſsionis per Chriſtũm. Vnde iuſtificati fide & recepto ſpiritu ſancto per eã præſtamus quæ Deus vult amore. Vt autem paucis exponamus leges regni Chriſti: Nota quòd triplex eſt lex, qua illud regnũ regitur, ſcilicet naturæ, quæ eſt æterna: ſecunda eſt lex Moſi ſcripta, quæ eſt explicatiua legis naturæ, & euãgelica, quæ non eſt alia à lege Moyſi, ſi literam attendas: ſicut nec illa à lege naturæ: Nã quemadmodum ab Abel vſque ad vltimum electa non eſt niſi vna Eccleſia, cu-
Ephe.1.4.5. ius caput eſt Chriſtus, Epheſ.1.4. & 5. &
Coloſ.1. Coloſ.1. à quo tota gratia membrorum.
Ioan.1. Ioan.1. & eſt vna fides de Deo & Chriſto promiſſo, ſine qua nullus vnquã ſaluatus
Heb.5.& 11 eſt, Heb.5. & 11. & 2. Cor.4. Habẽtes eũdẽ
2.Cor.4. ſpiritum fidei. Item Act. 4. Non eſt aliud nomen ſub cœlo, &c. Ita fuit ſemper vna lex ab vnitate fidei, quæ quidem fides eſt

vna ab vnitate obiecti, id eſt Chriſti capitis noſtri, & redemptoris, quem expectabant ab Abel omnes iuſti: in quo nobiſcum acceperunt repromiſſiones. Heb. 11. De quo Auguſt. lib. hypenaſt. reſponſione tertia. Item ſecundò contra aduerſarium legis & prophetarum, & libro de nuptiis. Præterea vnus eſt legiſlator in lege & euangelio, ſcilicet Deus: in veteri teſtamento per angelos & prophetas, in nouo teſtamento per Chriſtum Hebr. 1. Item eſt vnitas ſpiritus, qui locutus eſt per prophetas & Apoſtolos. Eſt vnitas fidei & termini communis vtriuſque teſtamenti. At in illa vna lege quædam ſunt eſſentialia legis, quædam verò accidentalia, quæ fuerunt diuerſa in lege naturæ ſcripta, & euangelio. Eſſentialia legis ſunt decalogus. Exo. 19. in duabus tabulis. Accidentalia: alia ante Abraham, alia tempore illius, alia poſt eum. Nam antè non fuit circunciſio Gen. 17. Iudicialia fuerũt propolitia huius populi. Nam viuebant legibus regum, ſub quibus degebant, quę ceſſarunt ablato ſceptro. Cæremonialia autem erant pro cultu Dei, & ne colerẽt idola, & eſſent figuræ rerum noui teſta-

Hebr. 11.
Hebr. 1.
Exod. 19.
Gen. 17.

menti, quæ conſummata ſunt in morte Chriſti, & velũ ſciſſum. & quia per Chriſtum ablata eſt idololatria, & per eum impletæ figuræ: qui ſeruaret ea fateretur Chriſtum non veniſſe, & Deum eſſe mẽdacem, qui promiſit Chriſtum venturum, ablato ſceptro. Geneſ. 49. Item poſt 70. hebdomadas annorum, & ſtante ſecundo templo. Malach. 3. & Aggei 2. Tamen quia ſcriptura promittit nouam legem, Hiere. 31. & Hebr. 8. videtur quòd euãgelium ſit alia lex, vel quòd Deus pater ſit mutabilis, vel quòd filius aboleuerit legem paternam: cùm tamen proteſtatus ſit ſe non veniſſe vt ſolueret legem ſed adimpleret. Quare maximè notandũ venit, quòd Apoſtolus & alij cõferendo legẽ ad euangeliũ, nõ cõparat legẽ Moyſi ſcriptam foris, ad legẽ euãgelicam, etiam foris ſcriptam: quia eadem eſt: neque cognitionem vnius ad cognitionẽ alterius: ſed ad id quod Moyſes fecit dãdo legẽ, & Chriſtus. Nam Moyſes nihil fecit dando legem foris, niſi quia exhibuit ſcripturam de actibus virtutum, & præcepta operũ quę debent facere vel vitare. Nam lex ex Cicerone dicitur quia in ea legimus quid

Gen. 49. *Malac. 3.* *Aggei 2.* *Hier. 31.* *Hebr. 8.*

faciendum. Ideo Rom.3.dicitur lex operum, ſed Chriſtus tradendo legem euangelicam, operatus eſt in nobis ſpiritum fidei, & charitatis, ſeu ſpiritum ſanctum per fidem, qui infundit charitatẽ. Rom. 5. 8. Liberans nos à dominio peccati, vt ex amore faciamus. Rom. 8. non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis, &c. qui ſpiritu aguntur: qui iuuat infirmitatem noſtram. Vnde dicitur lex fidei, iuſtitiæ Dei, lex ſpiritus vitæ. Rom.3.8. vide 2. Cor.3. & Auguſt.de ſpiritu & litera. Decalogus occaſionaliter eſt litera occidẽs, niſi adſit auxilium gratiæ ad implendum legem. Auguſt.contra Fauſtum. in lege veteri ſunt præcepta vitæ agendæ,, & præcepta vitæ ſignificandę. Vnde moralia determinant vniuerſalia legis naturæ, cæremonialia cultum Dei, quem docet lex naturæ. Iudicialia ſunt de iuſtitia ſeruanda inter homines: lex ordinat nos quoad Deum & proximum: Cæremonialia docent nos de cultu interno quem adumbrant. Pſal. 49.50. Ioan.4. Rom. 2. Coloſſ. 2. Deut.3. & 10. Ideo conqueritur Dominus de Iudæis, quòd tantùm externè eum colerẽt. Eſa. 29. Matth.15. & alibi affatim: & Chri-

Rom.3. Rom.5.8. Rom.8. Rom.3.8. 2.Cor.3. Pſal.49.50 Ioan. 4. Rom.2. Coloſſ.2. Deut.3. 10. Eſa.29. Matth.15.

ſtus docet ſabbatum ſpirituale Iudæis, quaſi imperfectis & pueris, promittebantur terrena pro obſeruatione legis.
Deute.28. Leuit 26. Eſa.1. Ioan.17. Rom.4. Gal.3.& 4 Deuter.28. Leuit.26. Eſa.1. ſed per fidem promittuntur æterna. Ex Auguſt. enim præmium fidei eſt viſio, de qua Ioan. 17. Si enim ex lege eſſet hæreditas, abolita eſt fides. Rom.4. Galat.3.& 4. Nam per fidem ſumus filij Dei, & non per legem. Si autem filij, & hæredes. Opera autem legis augent illam hæreditatē, in qua vnuſquiſque mercedem accipiet ſecundum
Matth.16. 1.Cor.3. ſuum laborem. Matth.16. 1.Cor.3. Sicut Iacob dedit Ioſeph hæreditatem cum cæteris filiis, ſed propter præſtita obſequia
Gene.49. Ioan.4. dicit, Geneſ.48. Do tibi extra fratres tuos partem & prædium, &c. de quo Ioan. 4. Nouum autem teſtamentum propriè eſt gratia, quæ eſt præcipuum in euangelio. Nam 9.Eth. Vnaquæque res videtur illud eſſe quod eſt in ea potiſſimùm. Sed potiſſimùm & in quo tota virtus noui teſtamenti conſiſtit, eſt gratia ſpiritusſancti, quæ datur per fidem Chriſti. Itaque dicitur lex fidei. Roman. 3. & ſpiritus lex
Rom.3.& 8 Rom. 8. Auguſt. de ſpiritu & litera. Lex factorum ſcripta eſt in tabulis lapideis,

ſed fidei in cordibus fidelium, quæ non eſt aliud quàm præſentia ſpiritusſancti & gratia eius. Vnde euangelium non continet niſi ea quæ pertinent ad gratiam ſpiritusſancti, vel vt diſpoſitiua: quemadmodum eſt fides in intellectu, quæ exponit credenda de diuinitate & humanitate Chriſti. Quantum ad affectum docet cõtemptum ſui & mundi, per quem fit capax ſpiritusſancti, quem mundus non poteſt capere. Ioan. 14. qui arguit mundum de peccato: vel continet quæ pertinent ad vſum gratiæ ſpiritualis, opera virtutũ, & ad illa mouet. Igitur per fidem de Chriſto per quem gratia datur, & ſpiritusſanctus, pertinet homo ad nouum teſtamẽtum. Augu. contra Adamant. Breuis differentia legis & euangelij, timor & amor. vetus teſtamẽtum eſt ſcriptura legis, quæ oſtendit infirmitatem noſtram, & peccatum: ſed non aufert. Ideo oſtendit neceſſitatem gratiæ Chriſti, ad quam nos remittit. Vnde lex eſt occaſio ad fidẽ Chriſti. Gal. 3. ſine quo nõ datur gratia, remiſſio peccatorum, Spiritusſanctus, iuſtificatio. Nam iuſtitiã quę eſt ex lege, non poſſumus opponere iræ Dei, cum perfectè

Ioan.14.

Galat.3.

Pſal. 129. non ſatisfaciamus legi. vnde. Pſal.129. Si
Pſal. 142. iniquitates obſeruaueris domine, &c. &
142. Nō intres in iudiciū cum ſeruo tuo,
quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo
Iob 9. Eccle.7. omnis viuens.Idem Iob.9.Eccl.7.3.Reg.
3.Reg.3. 2.Para.6. 3. 2.Paralip.6.Auguſt.vę hominum vitæ,
quantuncunque laudabili, ſi remota mi-
ſericordia iudicetur.Vnde euangeliū cō-
plectitur duo, ſcilicet remiſſionem pec-
Luc.24. catorum,& penitentiam,quæ eſt via ad il
1.Ioan.2. lam Luc. 24. Noſtra iuſtitia eſt confeſſio
noſtræ iniuſtitiæ.1. Ioan.2. Si cōfiteamur
peccata noſtra, &c.idē hieronymi lib. 1.
contra Pelagianos. Quotidie enim defi-
cimus à regula noſtra, id eſt a lege Dei.
Ideo ſpes noſtra nō eſt in iuſticia noſtra,
vel operibus:ſed in miſericordia ignoſcē-
Pſal.31. te iniquitates noſtras per Chriſtum.Pſal.
Rom.4. Luc.21. 31.& Rom.4. Beati quorum remiſſæ ſunt
Act.13. iniquitates Lu.21.In remiſſionem pecca-
torum eorum Act. 13. Per illum datur re-
1.Cor.1. miſſio &c.Eſt ergo confugiendum ad iu-
Rom.5.8. ſtitiam Chriſti 1. Cor.1. Rom.5.8.& 10. 1.
& 10. 1.Cor 15. Cor. 15.2. Cor. 5. Oportet nos tegi Chri-
2.Cor.5. ſto Pſal. 31. & induere illum, & iuſtitiam
Pſal.31. eius.Rom.13.Gal.3. vt compareamus co-
Rom 13. Galat. 3. ram tribunali Dei, ſicut Iacob in veſte
Eſau

Eſau primogeniti. Non igitur ſufficit lex factorũ ſine iuſtitia Chriſti, quæ fide nobis datur. In nobis ſumus Adam, & in Chriſto iuſti. Auguſtinus ſuper Ioan.tractatu 3.cap,1. Lib.5. cõtra Iulianum 2. retract.& ſerm. 3. Pſal.118. Hierony. 2. & 3. contra Pelag. Cypr.2.de immort.animæ. Ambroſius 1.de fuga ſæculi.En neceſſitatem legis gratiæ, ad quã nos remittit lex, quæ non ſanat vetuſtatem veterémque hominem, qui tantum ſpiritu renouatur, qui datur per fidem. Non enim lex dicitur vetus teſtamentum à tempore. Nam euangeliũ prius eſt lege decalogi, Gen.3. Vbi promiſſa eſt gratia,remiſſio peccatorum, & reconciliatio per Chriſtum:illud autem eſt euangelium. Vbi autem eſt iubẽs litera, ſiue ſit in ſcriptura legis Moyſi, ſiue euangelij, ibi eſt vetus teſtamentum,docens quid requirat Deus à nobis, quid facere vel omittere debeamus, externè & internè, quod ex amore non timore, vel affectione commodi, ſed virtutis amore: & tamen non exhibet vires neceſſarias ob legem carnis, quæ obſiſtit legi Dei. Rom.7.8.& Gal.5. Opus eſt igitur ſpiritu ſancto qui innouet &ſanet vo- Rom.7.8. Gala.5.

Gen.6. luntatem pronam ad malũ, Gene.6.& ad
amorem ſui, idque per charitatẽ, quæ fo-
1.Ioan.4. ris mittit timorem, 1.Ioan.4.& adimit illũ
amorem ſui inordinatum. Sine illo ſpiri-
tu lex non operatur iuſtitiã, ſed iram: non
aufert vetuſtatẽ peccati, ſed auget, Ro.7.
& 8. Erimus iuſti coram hominibus, ſed
non coram Deo, qui videt interiora. Illa
eſt diſputatio Pauli cõtra Iudæos, qui ar-
bitrantur ſe poſſe ſatiſfacere legi, & iuſti-
ficari ſine Chriſto & eius gratia. Euange-
lium enim, quod eſt bona nunciatio, nũ-
ciat remiſſionem peccatorũ & ſpiritum
innouantẽ: à quo eſt etiam remiſſio pec-
1.Cor.6. catorum.1.Cor.6. Dicitur etiam euange-
Rom.1. lium, Rom.1. virtus in ſalutem: quia affert
virtutem & ſalutem omni credenti. Illa
Chriſti iuſtitia erat velata in veteri teſta-
Rom.3. mento, Rom.3. Gal.3. 2.Cor.3. Sed reue-
Galat.3. *2.Cor.3.* lata in nouo ad Titum 2.& 3.& Ioan.1. Il-
Tit.2. & 3. le ſpiritus etiam quem affert euangelium
Ioan.1. docet nos omnia bona opera tribuere
Deo: ille concupiſcit aduerſus carnem, &
Rom.8. *Gal.5.* mortificat eam, Rom.8.& Gal.5. Illo agũ-
tur filij Dei tanto impetu gratiæ, vt vix
agant. Lex igitur oſtendit peccatum, &
Euangelium tollit, Lex ducit ad pœnitẽ-

tiam,& Euãgelium affert gratiam, quam conſequimur per Chriſtum. Ioan. 1. Lex per Moyſen data eſt: quæ explicata eſt per Chriſtum.Mat.5.6.7.12. Ioan.4. & 7. Mala. vlt. Conuertet corda filiorum ad patres, vt idem credant quod patres, & eodem modo intelligant legem, cuius intellectum corruperant Phariſæi. Matth. 5.& 15.

Ioan.1. Matth.5.6.7.12. Ioã.4.& 7. Mala.vlt Matth.5.& 15.

De iuſtitia regni Chriſti. CAP.39

LEx & iuſtitia regni Chriſti, arguit per ſpiritum ſanctum mundi iuſtitiam.Ioan.16.arguet mundum de peccato, & de iuſtitia. Notandum tamen eſt ex doctrina Pauli, quòd triplex eſt iuſtitia,oppoſita triplici generi peccati.Vnum dicitur crimen .1.Timot.3.& ad Tit.1.quod punitur à iuſtitia ciuili,cui opponitur iuſtitia legalis, qua homo cauet crimina ne poſſit accuſari, & euadat pœnas legis,conſequatúrque promiſſa temporalia legis.Eſa.1. Rom.10. viuet in illis. Illa eſt iuſtitia regnorum huius ſæculi ciuilis,quæ eſt ex operibus:cuius prĉmium

Ioan.16. 1.Timo.3. Tit.1. Eſa.1. Rom.10.

eſt honor,gloria, æſtimatio. Illa ſuum ius vnicuique tribuit.vide Cic.lib.1.& 2.Offic, & 2.de Inuent.& 2. poſterioris Rhetoricæ,cuius ſpecies ſunt religio,metus deorum,cæremonia, pietas erga patrē & parentes, gratia id eſt memoria beneficiorum, remuneratio amicitiarum, obſeruantia erga eos qui præeminent dignitate, ætate, ſapientia, vindicatio, veritas in promiſſis,nulli nocens,nulli officiēs:hæc conſeruat ſocietates hominum & firmat Reſpublicas. Cicero 1.de leg.Talis habet hîc ſuum præmium, vt Romani 5. de Ciuit.quibus datum imperium, ſic Cyrus & Tamberlanes victor totius Aſiæ, & melioris partis Europæ, cum duodecies centũ millibus anno 1405. tales ſunt qui pœniteant ob peſtem, & alias plagas Dei. Illi

Gen.27. habent hîc benedictiones Eſaü,id eſt fœlicitatem rerum ſæculi,& mitiùs punientur in alio ſæculo.Illa(inquam)ſeruit plus ſibi quàm Deo, & eſt ſeruorum nō filiorum timore pœnæ,vel amore commodi, &.nō Dei obſeruata. Illa gignit hypocri-

Luc.1. tas ſuperbos mente cordis ſui. Luc. 1. falſos & temerarios iudices aliorum, quales

Luc.7.&18 erant Phariſæi.Luc. 7. & 18. Illam arguit

ſpiritus ſanctus, vt inſufficientem ad ſalutem externã, ſine interiori: quam Deus qui ſcrutatur corda requirit in ſpiritu & veritate. Aliud autem genus eſt peccati, originis, natale, alienum, de quo Romanorum 5. iſtud facit priorem iuſtitiam nõ eſſe bonam. non poteſt arbor mala bonos fructus facere. Vnde Eſaiæ 64. Facti ſumus immundi omnes, & omnes iuſtitiæ noſtræ tanquam pannus menſtruatæ. Omnium (inquit Auguſt.) infidelium vita peccatum eſt. Vbi enim deeſt cognitio veræ ſempiternæque veritatis, falſa virtus eſt etiam in optimis moribus. Iſtud incurabile eſt viribus humanis, quod etiam poſt baptiſmum remanet actu, donec abſorbeatur quod mortale eſt. Rom. 7. & 8. Pſal. 77. Recordatus eſt quia caro ſunt, ſpiritus vadens, id eſt anima, per quam concupiſcit caro, donec erit vadens id eſt vſque ad mortẽ, ſed non rediens, id eſt anima cum redibit ad corpus, nõ erit carnalis. imò ipſum corpus erit ſpirituale. 1. Cor. 15. Illud vocant Hebræi זרע רוח iuſtitia huic contraria eſt originalis, non illa prima qua donatus fuit homo ante peccatum, quam

Rom. 5.

Eſa. 64.

Acta ſpiritus infidelitatis.

Rom. 7. 8.
Pſal. 77.

1. Cor. 15.
Vide midras Tehilim.

amiſit,ſed eſt ab origine & natiuitate ſe-
Ioan.1. cunda, de qua Ioan. 1. Dedit eis poteſta-
tem filios Dei fieri his, qui credunt, &c.
Et tertiò niſi qui renatus fuerit ex aqua
& ſpiritu ſancto, &c. Illa eſt aliena, ſcili-
Rom.5. cet Chriſti. Rom. 5. Per vnius iuſtitiam iu
ſti cõſtituuntur multi. Hæc fit noſtra per
fidem quæ nunciatur in euãgelio. Rom.
1. Iuſtitia Dei in eo reuelatur: ſequitur, iu-
ſtus autem ex fide viuet. Hæc eſt iuſtitia
non legis, ſed gratiæ fundamentum, &
tota ſubſtantia hominis Chriſtiani, quæ
facit nos Deo gratos, & opera noſtra: ta-
Ephes. 1. metſi imperfecta. Eph. 1. gratificauit nos,
Rom. 8. & Rom. 8. Nihil damnationis eſt iis, qui
ſunt in Chriſto Ieſu, &c. Facit Chriſtum
noſtrum cum omnibus quæ eius ſunt.
Enimuerò Adam primus, eſt forma futu
Rom. 5. ri Adæ, id eſt Chriſti. Roma. 5. quemad-
modum enim ille communicat omnia
mala ſua filiis, ita Chriſtus ſua bona filiis
ſuis fide. Illa eſt gratia noui teſtamenti, iu
ſtitia æterna, ſicut Chriſtus eſt æternus:
Dan. 9. de qua Dan. 9. & Roma. 14. & Matth. 21.
Rom. 14. Matth. 21. ex Zach. 9. Ecce rex tuus venit tibi iu-
Zach. 9. ſtus, vt te iuſtificet, non vt puniat: nõ au-
dis equos, nõ arma, ſed aſinum & oliuas.

iuſtitiam autem vocant Hebręi ſummam morum rectitudinem, & abſolutam bonitatem: ſicut apud nos iuſtitia eſt nomẽ commune omnium virtutum. Iuſtitiam verò punitiuam vocat ſcriptura iudiciũ. Gen. 15. & 13. Iudex populorum Pſal. 61. Gen. 13. 15. id eſt vindex vt 1. Corinth. 11. Si nos ipſos Pſal. 61. 1. Cor. 11. diiudicaremus, non vtique iudicaremur: hoc etiã tribuit ſcriptura Chriſto, quod faciat iudicium & iuſtitiam in terra. Eſa. Eſa. 8. 8. & Hierem. 22. 2 Reg. Sed illud iudiciũ Hier. 22. reſeruauit in ſecundo aduẽtu Ioan. 3. venit non vt iudicet mundum. Ioan. 3. Tunc dies iræ & iudicij Rom. 2. Matth. 25. 1. Cor. 4. Rom. 2. 2. Timoth. 4. Act. 3. & 10. Iuſtitia regni eſt Mat. 25. 1. Cor. 4. benedictio, miſericordia, gratia Dei no- 2. Timot. 4. bis collata in Chriſto. 1. Corint. 1. de quã Act. 3. & 10 1. Cor. 1. Eſa. 56. Iuxta eſt ſalus mea vt veniat, & iu Eſa. 56. ſtitia mea vt reueletur. Interna ſpiritualis fidei euangelij gratiæ quæ ex amore implet legem, habens Chriſtum, qui eſt impletio legis. Rom. 10. qui dat ſpiritum ſan Rom. 10. ctum Ioan. 16. per quem eſt iuſtificatio Ioan. 6. legis iis, qui ſecundum ſpiritum ambulãt: quæ iuſtificatio nõ eſt vt illorum qui falſo per calumniam accuſati declarantur inſontes, ſed eſt remiſſio eorum qui con-

uicti de peccato, per legem fiunt iuſti, & abſoluuntur per Chriſtum (cui & iuſtitiæ eius ſumus inſerti per fidem) perinde atque non peccaſſemus. Lex arguit & conuincit nos de peccato, & adigit ad cōfeſſionem criminis, confeſſos pronunciat peccatores, & damnat: damnati recurrimus fide ad Chriſtum, quia ſententia illa nos abſoluit, dat peccatorum remiſſionē, & iuſtitiam, qua ex malis ſimus boni per ſpiritum ſanctum, quem dat, remittit peccata, & renouat voluntatem noſtram, fides impetrat hæc ſine merito ſuo, aliâs non eſſet gratia. Primus quidem motus quo tendimus in Deum, eſt per fidem.
Hebr.11. Heb.11. & Epheſ.2. per quam Chriſtus ha
Epheſ.2. bitat in nobis. Epheſ. 3. quæ non eſt ſine
Epheſ.3. charitate; per quam etiamnum dicitur
Ioan.14. Deus manere in nobis. Ioan. 14. & 1. Ioā.
1. Ioan.4. 4. Nam fides nobis explicat meritum Chriſti, & certificat nos de remiſſione peccatorum. Hæc duo complectitur: primò habitum, quo abſque vlla hæſitatione aſſentimus iis quæ à Deo pro ſalute noſtra eccleſiæ reuelata ſunt, ſcripto vel viuæ vocis oraculo, viuâq; Chriſti traditione, aut Apoſtolorum, quos docuit per

40.dies.Act.1.ea quorũ non erãt capaces ante mortẽ Chriſti.Ioã.16. Secũdò cõplectitur vltra mẽtis aſcẽſum firmã fiduciã, qua fidelis Dei verbo, veritatiq; ita innititur, ita fidit, vt habeat illud certũ quod verbo promittitur, perinde atque manu teneret, & non timet aggredi quæcũque pericula, ſi Deus iubeat. Prima illa fides communis eſt omnibus,& æqualis. Nam ſi erraret, in vno credendorum non eſſet vera fides, cũ tota fides infuſa amittatur per vnum ſolum errorem, vt & tota gratia per vnum mortale peccatum:ſic vt de aliis credendis non habeat niſi opinionem. Ideo facilè errabit in aliis articulis fidei. Sed iſta ſecunda,ſcilicet fiducia,nõ eſt æqualis in omnibus. Matt.8. obiurgat Chriſtus Apoſtolos, vocans eos modicæ fidei, & Petrum, Matth. 14. Modicè fidei quare dubitaſti? efferẽs fidem Cananeæ quòd eſſet magna, Matth.15. & centurionis,Matth.8. illam requirebat Chriſtus ab iis quos ſanabat, Matth.8.9.15.17, Marci 11. Credite quia accipietis, & fiet vobis,& Iacobi 1,poſtulet in fide,nihil hęſitans. Hæc habet ſua incrementa & profectus, hæc ſtabilit noſtram voluntatem

Act.1. Ioan.16. Matt.8. Matt.14. Matth.15. Matth.8. Matth. 8.9. 15.17. Mar.11. Iac.1.

inſtabilem,& animum, quæ maximè requiritur ad miracula. Eſt & alia fiducia à charitate mutua, quæ eſt ex Dei amore. Vnde Deum amantes, non dubitamus nos amari à Deo, illíque eſſe curæ quicquid accidat. Quare bonis Dei vt noſtris vtimur. Nam amicorum omnia communia,& ſic pij ſæpius ſolo iuſſu, imperio,&
Ioſuæ 10. non oratione operantur miracula. Ioſuæ 10. ex ſecundo dialo. Gregorij. Illa iuſtitia ſolius regni Chriſti eſt: Idcirco diffidentes de verbo Dei, reijciuntur à ſuo regno: iuſtitia autem punitiua vtuntur le-
Rom. 13. *1 Pet.* 2. ges, Rom. 13. & 1. Pet. 2. Vnde Pharao cō-
Gene. 47. mune nomen Regum Ægypti, ſignificat vltionem. Gen. 47. Nabucodonoſor dicitur planctus iudicij vel coarctans iudicium. At rex noſter Chriſtus non eſt Pharao, non Nabucodonoſor, ſed Ieſus, qui
Zach. 9. venit vt ſaluet. Zach. 9. Ecce rex tuus venit tibi iuſtus & ſaluator, qui venit nobis, non contra nos, vt iuſtificet nos,& recō-
Matth. 1. ciliet patri. Matth. 1. Saluum faciet populum,&c.

De iuſtitia legis, & operum in regno Chriſti. CAP. 40.

QVoniam autem iuſtitia fidei
purgat mẽtem, & lex & iu-
ſtitia legis ornat eam, & lo-
cupletat operibꝰ bonis, per
quam complectur hominis
iuſtificatio. Iac.2. Abraham ex operibus Iac.2.
iuſtificatus eſt. Operæpretium eſt enu-
cleare illam iuſtitiam, quæ eſt fructus iu-
ſtitiæ fidei,quę opponitur peccato actua-
li, quod à peccato originali, promanat.
Iſta iuſtitia eſt originalis, fluens à fide, &
iuſtitia eſſentiali, originali,ex ſecũda na-
tiuitate quæ præcedit,Pſal.85. Iuſtitia an- Pſal. 85.
te eum ambulauit.Iſta eſt iuſtitia operum
procedentium à fide, de quibus Rom.6. Rom. 6.7.8
7.8.ad Tit.2.Ephe.2.Ipſius factura ſumus Tit.2.
creati in operibus bonis, quæ præparauit Epheſ.2.
Deus, vt in ipſis ambulemus. Si aſpicia- Luc.17.
mus ad opera noſtra nuda, ſerui inutiles Matt.6. Pſal.142.
ſumus, Luc.17. & acclamandum eſt. di- Cypr. de im-
mitte nobis debita noſtra, Non intres in mor. animæ & de Eem.
iudicium cum ſeruo tuo. precandum ne Ambr. de fu
opera noſtra ſine Chriſto diſcutiantur,& ga ſæ. Aug.
attollendi ſunt oculi ad propitiatorẽ no- de natura & grat.

ſtrum Chriſtum. Rom. 3. per quem nos &
1. Cor. 9. noſtra placemus Deo: Secus enim ope-
2. Petr. 1. ra noſtra non eſſent in fide. 1. Corinth. 9.
Ego curro, nō quaſi in incertum. 2. Pet. 1.
Satagite vt per bona opera certam voca-
tionem faciatis. Talia quæ Chriſto nitun-
Gen. 12. tur, habent ſuam mercedem. Gen. 12. Ec-
Eccl. 9. 2. Paral. 15. cleſ. 9. 2. Paral, 15. Matth. 16. & 25. 1. Cor. 3.
Mat. 16. 25. Tales enim qui operantur in Chriſto, etſi
1. Cor. 3. ceciderint, non collidentur: cùm maxi-
mum ſit ſignum electionis bene operari
ex fide vſque ad mortem, & exponere lu-
cro talēta Domini, quibus dicet ô bone
ſerue & fidelis, quia in pauca fuiſti fide-
Matth. 25. lis ſupra multa te conſtituam. Matth. 25.
Vnuſquiſque enim donum Dei habet;
vt diuerſo quidem calle, ad vnum perue-
niamus finem & quietem, quæ erit finis
omnis laboris, vt requieſcant à laboribus
Apoc. 14. ſuis. Apoc. 14. Per iſtam iuſtitiam mem-
brorum Chriſti, quæ eſt ex operibus ho-
minis iuſtificati, conſummatur iuſtifica-
tio, quam habemus à capite Chriſto per
Matt. 3. fidem. Matth. 3. Sic oportet nos implere
Apoc. 22. omnem iuſtitiam, & Apoc. 22. Qui iuſtus
Iacob 2. eſt, iuſtificetur adhuc, & Iacobi 2. Hæc
iuſtitia dicitur noſtra, quia cooperamur

primæ iuſtitiæ quam per Chriſtum nacti ſumus, quæ eſt conuerſatio bona in operibus bonis. Primò in mortificatione carnis & concupiſcentiæ, Gal. 5. Qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt, vt aſſiduè imminuatur ille fomes peccati latens in carne. Ad hoc faciunt eleemoſinæ, orationes, & ieiunia ſecundò in charitate ad proximum. Tertiò in humilitate & timore erga Deum. Hæc inquam iuſtitia eſt fructus iuſtitiæ fidei. Gal. 5. Fructus ſpiritus id eſt ſpiritualis hominis per fidem Chriſti. Ioan. 3. Quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt: id eſt, ſpirituale, hæc perficit priorem iuſtitiam, laborat vt deſtruatur vetus Adam, & corpus peccati, odit ſe, & diligit proximum: non quærit quæ ſua ſunt, ſed quæ alterius, 1. Cor. 10. & 13. Primum eſt crucifixio, ſecũdum charitas, & ſic viuit, ſibi ſobriè, iuſtè proximo, & piè Deo: & hoc modo implet Dei voluntatem, & fit Chriſto cõformis: per iſtam nos ſumus Chriſti & nõſtra, ſicut per primam dicitur Chriſtus noſter, cum omnibus ſuis. Illa opera hominis iuſtificati per Chriſti iuſtitiam, ſunt arma aduerſus Satanam. Rom. 13. Ideo ſuſcitat qui

Gal. 5. Gal. 5. Ioan. 3. 1. Cor. 10. Rom. 13.

auocent homines ab operibus bonis lucis, cum ipſe ſit princeps tenebrarum. Bifariam autem tentamur de bonis operibus: primum de ſuperbia & gloria operum, quibus credimus mereri gratiam & gloriam ex eis tantum, hoc modo allucinati ſunt Phariſæi, ignorantes Dei iuſtitiam, Roma. 10. Per iuſtitiam legis & operum, etiam ſine Chriſto arbitrantes ſe ſaluandos, quorum ſententiam conuellit vſquequaque Paul. Nam ſic gratis Chriſtus eſſet mortuus. Lex enim ſeruata non ſufficeret, nec quiſquam eorum (propter legem carnis ſine gratia, quam conſecuti ſunt per fidem Chriſti) potuit illam ſeruare, nec habere remiſſionem tranſgreſſionis legis. Hanc hæreſim ceu poſtliminio reſuſcitarũt Pelagius & Celeſtius damnati in concilio Mileuitano & Cartagini. à 218. epiſcopis. Hoc dogma Phariſaicum & Pelagianum mordicus retinent Iudæi huius temporis. Secundò verò de bonis operibus tentamur quòd nihili apud Deum pendantur, ſed ſit ſatis ad ſalutem credere in Chriſtum, niti eius iuſtitiæ & operibus, quæ pro nobis exhauſit id eſt pro prædeſtinatis

Rom. 10.

quos oues ſuas appellat. Ioan.10. & Mat. Ioan.10.
26. hic eſt ſanguis qui pro vobis & pro Matth.26.
multis effundetur. Atqui prædeſtinati ſo
li Deo ſunt noti. 2. Timoth. 3. Cognouit 2.Tim.3.
Dominus qui ſunt eius. & Ioann.13. Ego Ioan. 13.
ſcio quos elegerim. Quare non oportet
hæreticos gloriari quòd Chriſtus egerit
pro eis bona opera, cùm perſpicuum ſit
eos non eſſe electos, qui deſciuerint ab
ouili Chriſti, extra quod omnes ſunt ex-
poſiti Leonibus & lupis. Ex nobis inquit
Ioan. prodierunt, ſed ex nobis non erant, 1.Ioan.2.
ſi ex nobis fuiſſent, permãſiſſent vtique.
Oues meas (inquit Chriſtus) Ioan.10. nõ Ioan.10.
rapiat quiſquam de manibus meis. Eadẽ
autem eſt manus & Chriſti & eccleſiæ,
cùm ſint vna caro. Ephe.5. Qui ergo ſunt Epheſ. 5.
egreſſi eccleſiam catholicam, vnicã, ex-
tra charitatem quæ eſt veſtis nuptialis,
expelluntur à Chriſto, nullam cum eo
partem habentes. Dicunt enim hæretici
quod opera noſtra nihil merẽtur, neque
gratiæ neque gloriæ: & quòd homo ca-
reat libero arbitrio. Idem ſentientes cum
Manicheo, quòd ſufficiat ſola fides. he-
reſis fuit tempore prophetarum Mich.3. Mich.3.
principes eius. Vide ibi Hieronym. De-

mum renouata à quibuſdam Iudæis, dictis Rabbini, contra quos ſurrexit alia ſecta, dicta Charaim. Tempore etiam Auguſt. orta eſt hæreſis ex ſcriptis eius, contra quos idem Auguſt. in epiſt. ad Valēt. & 14. De fide & operibus. Eundem errorem reuocauit ab inferis Lutherus, idem ſentiens cum Eunomio inimico bonorū operum, quæ ſpernebat, dicens quòd qui tenerent fidem, quam ille docebat, eſſent ſalui: quantuncunque peccata committerent. contra quem ſcripſerūt Baſil. Gregor. Niſſen. & Gregor. Nazien. qui etiam damnatus. In ſecunda Synodo Conſtantinopolitana. Nota quòd peccatori, qui nondum fuit regeneratus Chriſti baptiſmo & ſanguine, neque particeps fuit paſſionis Chriſti, obtrudenda eſt fides, per quam inſeratur Chriſto: ſed ei qui fuit lotus, aliquando eius particeps, ſpiritusſancti templum, perſuadenda eſt pœnitentia. 2. Corint. 7. & 12. Ad hoc enim datur fides vt per eam bene operetur. Vnde doctrina Pauli eſt primum de fide, ſecundò de bonis operibus, De quibus Rom. 7. & 12. Galat. 6, & Eph. 2. Fides enim quæ per charitatem operatur, ſeparat nos fideles

2. Corint. 7. & 12.

Roma 7. & 12. Galat. 6. Ephe. 2.

à Dæmonibus. Iacobi 2. Vnde qui Deo credit, facere debet quod pręcepit Deus. ſiquidem per bona opera gratias agimus Deo. Epheſ. 5. Item glorificatur per illa, Matth. 5. Propagamus eius gloriam, ſumus exemplo bonorum proximis: illis alitur fides noſtra, ſicut operibus malis obtenebratur. Præterea reddit nos certos electionis noſtræ, & vocationis. 2. Petr. 1. Ideo bona opera ſigna ſunt quibus exprimimus fidem noſtram, cognoſcimus nos habere ſpiritum ſanctum per fructus ſpiritus, & ita filios eſſe Dei, & hæredes. Demum illa bona opera remunerat primo temporaliter. 2. Cor. 9. 1. Tim. 4. & Luc. 6. Date & dabitur vobis Marci 10. Centuplum accipiet in hac vita, & in futuro vitam æternam poſſidebit. Vide quomodo prouidit in temporalibus Paulo, Eliæ, viduæ, & ſanctis patribus. In eremo item remunerat augmento gratię, cuius in baptiſmo recepimus primitias: tumetiam auctione gloriæ. Mat. 16. & 26. & 1. Cor. 3. Tametſi ius gloriæ per ſolum Chriſtum cõſequamur, cuius fide gratiam adipiſcimur, & per ſacramenta fidei, per quam ſum⁹ filij & hęredes vitæ æternę. ad Tit. 3.

Iacob. 2. Epheſ. 5. Matth. 5. 2. Pet. 1. 2. Cor. 9. 1. Tim. 4. Luc. 6. Marc. 10. Mat. 16. 26. 1. Cor. 3. Tit. 3.

Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis ſpirituſſancti, vt iuſtificati gratia, hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ per Ieſum Chriſtum, qui eſt princeps lucis: cuius arma ſunt opera lucis, ſine quibus non cognoſcit eos qui gloriantur ſe eſſe milites Chriſti.
Math.25. Matth.25. Neſcio vos, ſed eos tantùm qui fide per charitatem operantur, quam nobis concedat rex noſter potentiſſimus Chriſtus. Amen.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMAN. II

INDEX CAPITVM HVius operis, de regno Domini noſtri Ieſu Chriſti: a, primam folij faciem, b, ſecundam denotat.

Tractatus de regno Domini noſtri Ieſu Chriſti. 1.a

Quomodo regnum patris datum Chriſto. 7.b

De peculiari regno Chriſti ſuper Eccleſiam, quod dicitur regnum cœli. 10.b

Quomodo nomen regni cœlorum multipliciter accipitur in ſcripturis. 14.b

De bellis & triumphis regis Chriſti, quæ cauſa belli, & quomodo diabolus cœperit hoc bellum. 16.b

Quomodo diabolus cœperit bellum in terra cõtra Chriſtum in ſuis. 18.a

Quomodo primùm prædicatum Euangelium in paradiſo à Deo. 21.b

De regno diaboli quod ſuis victoriis cõſecutus eſt, à quo pulſus per Chriſtum. 20.b

De miſera hominis ſeruitute ſub regno & tyrannide diaboli. 22.a

Quomodo Chriſtus debellauit Satanam, & expulit à regno ſuo. 26.a

De armis quibus vſus eſt Chriſtus in ſuo certamine contra Satanam. 39.b

De victoria Chriſti, & præmio victoriæ. 41.b
De captiuitate peccati, à qua vindicati per Chriſtum. 46.a
Quomodo per Chriſtum liberati ſumus à peccati captiuitate. 48.b
De ſeruitute miſeriæ & mortis, à quibus aſſerti per victoriam Chriſti. 50.b
Quomodo liberati à captiuitate mortis per Chriſtum triumphatorem. 52.a
Cur relicta mors aliæ ve pœnæ poſt victoriam peccati & mortis. 55.a
De libertate ac dominio & ſeruitute legis per Chriſtum parta. 57.a
De libertate Chriſtiana, quam nacti ſumus per Chriſtum. 60.a
In quibus conſtat libertas populi Chriſtiani. 62.b
De libertate à legibus humanis. 66.a
De pace regni Chriſti. 71.b
De pace ſpirituali regni Chriſti. 75.a
De prælijs militum regni Chriſti. 78.a
Bella Eccleſiæ poſt aditionem Chriſti in cœlum primùm à Synagoga. 82.b
De bello Ethnicorum contra regnum Chriſti. 85.b
De bello hæreticorum aduerſus regnum Chri-

ſti. 89.a
De bello Machometi aduerſus Eccleſiam Chriſti. 92.a
De bello vltimi Antichriſti aduerſus regnum Chriſti. 95.b
De initio regni Chriſti, & antiquitate. 98.a
Quomodo rex Chriſtus moderetur nunc regnū ſuum. 100.a
De differentia regni Chriſti à regnis huius ſæculi. 103.a
Quid neceſſarium vt ſimus de regno Chriſti. 106.b
De dignitate eorum qui ſunt de regno Chriſti. 108.a
Quomodo omnes Chriſtiani ſint ſacerdotes, & de duplici ſacerdotio. 109.b
De externo & publico ſacerdotio. 112.b
De legibus regni Chriſti. 115.a
De iuſtitia regni Chriſti. 122.a
De iuſtitia legis & operum in regno Chriſti. 126.a

Finis Indicis.

EXCVDEBAT PARISIIS
ANNETVS BRIERE TYPOgraphus, ſtipendiis hoñ. viri Petri
l'Huillier Bibliopolæ: Ann.
Do. M. D. LXVI.
Idibus Nouemb.

LABORATORIO L. GOTTSCHER
VIA DEL BOSCHETTO 97 - ROMA
1969